



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

101. j.
122.









DISSERTATIO

QUA

BARNABAE EPISTOLA

INTERPOLATA DEMONSTRETUR

AUCTORE



CAROLO HEYDECKE

SEMINARI HOMILETICI GUELFERBYTANI SODALI, PASTORE DESIGN.

NEGENBORNENSI ET AMELUNXBORNENSI.


BRUNSVIGAE.

HARALD BRUHN.

1874.

25

101 i. 122.



Viro summe venerando, illustrissimo, doctissimo

Guilielmo Hille

theologiae doctori, monasterii amelunxbornensis abbatii, duci Brunsvigae a
consiliis ecclesiasticis, directorii seminarii homiletici guelferbytani sodali,
commendario prioris classis ordinis Henrici Leonis etc.

die festissimo quem munere suo theologico per
quinque decennia deo adjuvante feliciter
functus celebrat

hoc quantulumcunque

gratae mentis documentum pia veneratione dedicat

auctor.



De qua agitur hoc opusculo sententia, nostram Barnabae epistolam interpolatam esse, primum defensa et argumentis superstructa est a me in scripto, quo institui quaestionem: „De ratione quae intercedit inter epistolam Barnabae et epistolam ad Hebraeos“, a facultate theologica lipsiensi concertationi instituenda anno MDCCCLXIX propositam. Quod scriptum quum primo praemio publice ornatum atque a doctissimo summeque venerabili theologiae profes. lips. Tischendorfio litteris laudatum esset, in animum induxi, ut illam sententiam nova, ampliore et suptiliore exquisatione instituta certioribus argumentis firmarem. Hanc dissertationem ad examen pro ministerio subeundum consistorio ducat. brunsvic. summe venerabili traditam atque a viro doctissimo, amplissimo Hille laudatam pio animo huic illustrissimo viro dedico, ut festissimo ipsius die demonstret meam erga eum venerationem, reverenter eum orans, ut has mei studii primitias benevolus accipiat gratae meae mentis documentum.

Guelferbyti, die festi Pentecostes 1874.

Auctor.



Scriptorum eorum, quae nomine: „opera patrum apostolico-
rum“ nobis tradita sunt, nullum virorum doctorum oculos tanto-
pere in se vertit, quantopere epistola, quae Barnabae nomen
praefert; nullum, ad quod animum attendamus, dignius est. Verum
nullum etiam tam diversa ratione dijudicatum est. Laudatum ab
aliis et pro genuino scripto apostoli Barnabae habitum, spurium
ab aliis rejectum et apostolo, qui spiritu sancto plenus fuisse
dicitur, minime dignum est existimatum. Quam enim epistolam
patres ecclesiastici: Clemens Alexandrinus, Origenes, Eusebius,
Hieronymus viro apostolico Barnabae tribuendam esse compro-
baverunt, hanc viri docti recentiores fere omnes apostolo Barna-
bae abjudicaverunt. Postquam enim Hefele Barnabae epistolae
authentiam defensam nostris adhuc temporibus ab Henkio (De
epistolae, quae Barnabae tribuitur, authentia, Jen. 1827), Rördamo
(Commentatio de authentia epistolae Barnabae, Hafniae 1828),
Frankio (Guerike et Rudelbach: Zeitschrift für luth. Theol. 1840
fasc. 2) tam subtili inquisitione quam gravibus argumentis impug-
navit (Hefele: Das Sendschreiben des Apostels Barnabas aufs
Neue untersucht, übersetzt und erklärt, Tübing. 1840 pag. 147—
195; cf. Hefele: patrum apost. opp.; edit. quart. Tubg. 1845.
proleg. XII. sq.), nullus vir doctus propugnator authentiae exsti-
tit. Ab interpolatore eam corruptam esse quidam suspicentes
epistolae fidem servare conati sunt. Quae suspicio jam ab Js.
Vossio (epist. gen. 8. Ignat. Martyris etc. Amst. 1646. pag. 317)
et Clerico (hist. eccl. pag. 474: „brevem crediderim initio fuisse
hanc epistolam et simplicem, sed ab interpolatore corruptam, ut
carius veniret“) commota nostra aetate a D. Schenkelio argumentis
superstructa est (Theol. Studien und Critiken 1837. II. Band pag.
652 sq). At et haec sententia Schenkelii, qui capita I—VI et
XIII—XIV apostolo Barnabae tribuenda esse, reliqua omnia capp.
VII—XII et XV—XXI ab interpolatore quodam adjecta esse de-
fendit, ab Hefelio gravibus argumentis refutata est (Tübinger theol.
Quartalschrift Jahrg. 1839 Heft 1 pag. 50—108. et: Das Send-
schreiben des Apost. Barnab. pag. 196—215) et viris doctis Hil-
genfeldio, Volkmaro, Müllero, Weizsäckero, aliis approbantibus
superata in oblivione jacet. Schenkelius et ipse, quam parum
ponderis haberent ea, quae ad firmandam suam sententiam pro-
tulit, intellexisse videtur, quoniam ad refutationem hefelianam

non respondit. Videtur mihi quidem merito contradictum esse cum rationi, qua Schenkelius spurias partes a genuina epistolae parte separandas censuerit, tum ipsi etiam argumentationi, qua suam sententiam stabilire conatus sit. Attamen epistolam nostram subtiliter perscrutatis nobis persuasum est; sententiam schenkelianam ipsam, nostram *Barnabae epistolam interpolatam esse*, nullam dubitationem habere. Quod hanc sententiam certioribus argumentis stabilire possumus, non mediocriter debemus inventioni codicis sinaitici, quippe in quo textum graecum nostrae Barnabae epistolae, cuius capita I—V (usque ad verba: αὐτὸς ἔστι) antea graece deperdita ex vetere interprete latino supplenda erant, integrum traditum habeamus.

Summam inquisitionis nostrae ut brevibus primum constituamus, explicare nos conaturos esse denuntiamus, nostrae epistolae capita I—IV et XIII—XXI genuinam apostoli Barnabae epistolam continere, reliqua capita V—XII ab interpolatore quodam interjecta esse.

Hanc sententiam nostram ut magis perspicuam reddamus, et quid nobis videatur de discernendis spuriis epistolae partibus a genuinis continua serie disputemus, sententiarum ordinem totius epistolae breviter primum perlustremus.

Consilium suum in conscribenda epistola noster hoc fuisse declarat: cap. I, v. 5*): ἵνα μετὰ τῆς πίστεως ὑμῶν τελεῖαν ἔχητε καὶ τὴν γνῶσιν: ut cum fide vestra perfectam habeatis et scientiam. v. 6: τρία οὖν δόγματά ἔστιν κυρίου· ζωῆς ἐλπίς, ἀρχὴ καὶ τέλος (ita duce vetere interprete legendum esse cum Hilgenfeldio probo; corrupte et confuse codex sinait: ζωή· πίστις ελπίς· ἀρχή· καὶ τέλος ημών καὶ δικαιοσύνης κρισεώς ἀρχή· καὶ τέλος αγαπη̄ ευφροσύνης καὶ αγαλλιασεως εργων εν δικαιοσύναις μαρτυρια): tres igitur (οὖν i. e. quum ad perfecte vivendum scientia quoque necessaria sit) Domini constitutiones sunt: spes vitae, initium (sc. vitae i. e. πίστις) et perfectio (sc. vitae i. e. γνῶσις). Quarum duas priores (ζωῆς ἐλπίς et ζωῆς ἀρχή) lectoribus esse, quum scriptori persuasum esset (cf. v. 4: ὅτι μεγάλη πίστις καὶ ἀγάπη (fides efficax diligendi) ἔγκαττοικεῖ ἐν ἡμῖν ἐλπίδες ζωῆς αὐτοῦ), tertiam adjicere voluit constitutionem sc. γνῶσιν, qua scientia perfectam redderet vitam fide inchoatam (cf. cap. II, 2 et 3: τῆς οὖν πίστεως ἡμῶν εἰσὶν βοηθοὶ φόβος καὶ ὑπομονή· τὰ δὲ συμμαχοῦντα ἡμῖν μακροθυμία καὶ ἔγκρατεια. τούτων μενόντων τὰ πρὸς κύριον ἀγνῶς συνενφραίνονται αὐτοῖς σοφία, σύνεσις, ἐπιστήμη, γνῶσις). Haec scientia petitur ex divinis revelationibus: cap. I, v. 7: ἐγνώρισεν γὰρ ἡμῖν ὁ δεσπότης διὰ τῶν προφητῶν τὰ παρεληλυθότα καὶ τὰ ἐνεστῶτα καὶ τῶν μελλόντων δοὺς ἀπαρχὰς ἡμῖν γνώσεως (cf. cap. II, 4): aperuit enim nobis Dominus per prophetas universam salutis institutionem:

*) Sequimur in afferendis locis partitionem capitum in J. G. Müller's *commentario propositam* (J. G. Müller: Erklärung des Barbr. Ein Anhang zu de Wette's exeg. Handbuch zum N. T. Leipzig, Hirzel 1869).

res praeteritas (*τὰ παρελευθότα* i. e. *veterem salutis oeconomiam*, *qua regnum suum praemonstraret*, cf. v. 6: *ζωῆς ἐλπίς*) et *res instantes* (*τὰ ἐν εστώτα* i. e. *res quas regno suo instituto* (cf. v. 6: *ζωῆς ἀρχῆς*) respiciendas poneret, cf. cap. IV, 1: *δεῖ οὖν ἡμᾶς περὶ τῶν ἐν εστώτων ἐπιπολὺ ἐρευνῶντας ἐκτηῦν τὰ δυνάμενα ἡμᾶς σωζεῖν* et cap. XVII; *ἐφ' ὅσον ἦν ἐν δύναται καὶ ἀπλότητι δηλῶσαι ὑμῖν, ἐλπίζει μου ἡ ψυχὴ τῇ ἐπιθυμίᾳ μου μὴ παραλελοιπέναι μέ τι τῶν ἀνηκόντων ὑμῖν εἰς σωτηρίαν ἐν εστώτων*, ita cum text. vulg. lego) et *rerum futurarum initia* (*τῶν μελλόντων ἀπαρχαῖ* i. e. *res, quales de consummata vita in regno millenario* (cf. v. 6; *ζωῆς τέλος*) *exspectandas daret*, cf. cap. XVII: *Ἐὰν γὰρ περὶ τῶν μελλόντων γράψω ὑμῖν, οὐ μὴ νοήσητε, διὰ τὸ ἐν παραβολαῖς κεῖσθαι* (conferatur infra). Has res ita ad effectum datas esse, ut Dominus loquutus sit, scriptor lectoribus sua argumentatione ostendere vult, qua demonstratione adverso illo tempore laetiores eos redditurum se esse putat: v. 7 et 8: *ῶν τὰ καθ' ἔκαστα βλέποντες ἐν εργούμενα, καθὼς ἐλάλησεν, ὀφειλομεν πλουσιώτερον καὶ ὑψηλότερον προσάγειν τῷ βωμῷ αἵτοι· ἐγὼ δὲ οὐχ ᾖς διδάσκαλος, ἀλλ' ᾖς εἶς ἐξ ὑμῶν ὑποδειξω ὀλίγα, δι' ὃν ἐν τοῖς παροῦσιν εὑφρανθήσεσθε* cf. cap. II, 1.

Ergo, his verbis scriptorem argumentationis dispositionem proposuisse, mihi quidem videtur. Hanc quomodo persequutus sit videamus.

Prima^a argumentationis pars, qua dissertum se esse scriptor denuntiavit, quemadmodum in rebus praeteritis per prophetas patefactis vera Christianorum Deum colendi ratio praemonstrata sit, capite II. ita instituta est, ut ex ipsis Domini verbis disputetur, instituta judaica: sacrificia, sabbata, jejunium, qualia a Judaeis acta et celebrata sint, talia Deo non probata fuisse; constitutum fuisse a Deo, ut ea nova Domini Jesu Christi lege abrogarentur (cap. II, 4—6). Quare cap. II, 7—10 ex iis, quae de sacrificiis, et cap. III. ex iis, quae de jejunio scripta sint, demonstratur, Christianorum Deo sacra faciendi et jejunandi rationem jam a prophetis Deo probatam pronuntiatam esse. Itaque ipsa jam lex judaica ad novam quandam legem spectasse scriptori videbatur; attribuit religioni judaicae in divina salutis institutione locum praeparandi ad veram Christianorum religionem ejusque vim in eo posuit, ut palam faceret, qua via homines ad Deum accedere possent: cap. II, 9: *ὅτι ἡμῖν λέγει, Θέλων ἡμᾶς ὁμοίως πλανωμένους ἐκεῖνοις ζητεῖν, πῶς προσάγωμεν ἀντῷ.* Quam ob rem ea, quae in sacris libris scripta leguntur, scriptori partim ad Judaeos referenda videbantur, partim ad Christianos; ad *illos* ea, quibus doceretur, religiones judaicas, quia minime placerent Deo, abrogandas esse, ad *hos* ea, quibus doceretur, qua verissima ratione Deus vellet, ut coleretur: cap. III, 1: *Ἄγει οὖν πάλιν περὶ τούτων πρὸς αὐτούς κ. τ. λ. v. 3: πρὸς ἡμᾶς δὲ λέγει κ. τ. λ.* — Tali modo quum cap. II. et III. ex Domini revelationibus disputatum sit, quae spiritualia sacrificia et jejunia ut fierent Deus

voluerit, eadem argumentandi ratione disputari exspectamus de sabbatis; nam ne *horum* quidem celebrandorum rationem Judaeis usitatam Deo probatam esse scriptor supra: cap. II. 5 jam denunciaverat. Quare quum miramur, quod ineunte capite IV. ad secundam jam argumentationis partem, qua de rebus instantibus ex revelationibus prophetarum lectoribus lumen se allaturum esse scriptor supra dixit, transitur (cap. IV, 1; *Δεῖ οὖν ἡμᾶς περὶ τῶν ἐνεστώτων ἐπιπολὺ ἐρευνῶντας ἐκζητεῖν τὰ δυνάμενα ἡμᾶς σώζειν*), tum maxime miramur, quod exspectatam illam de sabbatis rem in extrema didactica epistola — qua continentur capita I—XVII — videlicet capite XV. disputatam eamque eadem, quam in capp. II. et III, adhibitam videmus, argumentandi ratione perductam reperimus. Hujus didacticae epistolae capp. XIII—XVI, cum quod ad rem, tum quod ad argumentandi rationem attinet, ad *primam* dissertationis partem convenire mihi videntur, *non ad secundam*. Nexus cum antecedentibus carent; nam cum Schenkelio consentio, caput XIII. cum capite XII, antecedentibus, non cohaerere. Perspicuum est hoc non tam ex eo, quod in cap. XIII. nova quaedam disputatio introducitur (ita Schenkelius), quam ex ea ratione, qua hanc introductam et peractam videmus. Nescio enim quo jure scriptor cap. XIII, 1 significationibus: *οὗτος ὁ λαὸς — ἦ ὁ πρῶτος* et: *εἰς ἡμᾶς ἦ εἰς ἐκείνους* uti possit, nisi in antecedente jam argumentatione eandem rationem distinguendi inter populum Judaeorum et Christianorum adhibuerit. *Hanc vero in antecedentibus capitibus frustra quaeras.*

Quod caput XIII. ut contextu cum antecedentibus capitibus caret, ita optimum et verborum et cogitationum nexus *cum cap. III. praebet*. Qui enim scriptor in extremo capite III. docuit, praevidiisse Deum misericordem, quomodo in simplicitate crediturus esset *populus*, quem comparavisset in *dilecto suo filio* (cap. III, 6: *εἰς τοῦτο οὖν, ἀδελφοί, ὁ μαχρόθυμος προβλέψας, ὡς ἐν ἀκεφασύνῃ πιστεύσει ὁ λαός, ὃν ἡτοίμασεν ἐν τῷ ἡγαπημένῳ αὐτοῦ, προεφανέρωσεν ἡμῖν περὶ πάντων, ἵνα μὴ προξερησσώμεθα ὡς ἐπήλυτοι τῷ ἐκείνων νόμῳ*), idem cap. XIII. sq. composite demonstrare pergit, hunc populum christianum typis figurisque per patres, Abrahamum, Isaaccum, Jacobum (cap. XIII) et per Mosem (cap. XIV) factis praemonstratum esse *populum haeredis*. Ita de instituta re ordine deducens quaerit: Videamus igitur, utrum hic populus haeres sit, an ille prior, et utrum testamentum ad nos, an ad *illos* pertineat cap. XIII, 1: *"Ιδωμεν ουν, εἰ οὗτος ὁ λαὸς κληρονομεῖ ἦ ὁ πρῶτος καὶ εἰ ἡ διαδήκη εἰς ἡμᾶς ἦ εἰς ἐκείνους.* Conferas hanc in rem potissimum: cap. XIII, 1; *οὗτος ὁ λαός* et: *εἰς ἡμᾶς* (i. e. *Christiani*) cum cap. III, 6: *ὁ λαός, ὃν ἡτοίμασεν ἐν τῷ ἡγαπημένῳ αὐτοῦ* et: *προεφανέρωσεν ἡμῖν*; item cap. XIII, 1: *ἡ ὁ πρῶτος* et: *ἡ εἰς ἐκείνους* (i. e. *Judaei*) cum cap. III, 6: *τῷ ἐκείνων νόμῳ*.

Hac quaestione capitibus XIII. et XIV. absoluta scriptor eadem, qua in capp. II. et III. usus est, argumentandi ratione

pergit explicare: capite XV: quo spirituali modo sabbatum celebratum Deus voluerit. Cujus celebrationem Deo probatam *in sanctitate pectoris* positam esse postquam praeclare explanavit, eodem et ipso praeclaro modo capite XVI. explicare pergit, Deum se cultum velle non in quovis templo manibus facto, sed in templo *humani animi* regeneratione et sanctificatione in nomine Domini aedificato (conferatur infra). Hac argumentatione per capp. II—III et XIII—XVI constituto ordine progressa scriptor lectoribus aperit, quae *de rebus praeteritis* ad ecclesiam christianam spectantibus manifestata esse sibi videantur. Haec *prima* dispositionis pars, postulandum esse mihi quidem videtur, ut excipiatur *secunda* parte, in qua de revelationibus prophetarum ad res *instantes* spectantibus acturum se esse scriptor supra dixit. His de rebus in nostro capite IV. scriptorem egisse appetet cf. cap. IV, 1: *Δεῖ οὖν ἡμᾶς περὶ τῶν ἐνεστώτων ἐπιπολὺ ἔρευνῶντας ἐξητεῖν τὰ δυνάμενα ἡμᾶς σώζειν.* Hoc caput ab initio in eodem in quo nunc legatur loco positum fuisse nego. Nam id in loco esse probanti tibi demonstrandum est, insequentia capita omnia eadem re disputata et eadem ratione disputandi adhibita cum hoc capite juncta esse (conferatur infra). Quum autem apparet, *de rebus instantibus non disputatum esse nisi in cap. IV* (cf. v. 3—5; v. 9 sq. conferatur infra), nec tamen ad aliam rem disputandam transiturum se esse in insequentibus capitibus scriptor indicaverit, haec secunda argumentationis pars mihi videtur non disputationi capitinis V. sq. praeposita fuisse, sed locum habuisse in extrema epistola. Hoc enim capite IV. totam didacticam quam vocant epistolae partem (sc. capp. I—XVII) absolutam esse, elucet non minus ex multis adhortationibus in hoc capite allatis et in capitulis ultima potissimum parte cumulatis (cap. IV, 1—3; 9—14), quam ex eo modo, quo in extremo capite IV. ad exordium epistolae respicitur cunctaque disputatione breviter comprehenditur. Conferas hanc in rem cap. IV, 11: *ἴνα ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτοῦ εὐφρανθῆμεν* cum cap. I, 2: *μεγάλων μὲν ὄντων καὶ πλουσίων τῶν τοῦ Θεοῦ δικαιωμάτων — ὑπερευφραίνομας* (coll. v. 8); conf. cap. IV, 11: *γενώμεθα πνευματικούς* cum cap. I, 2: *δωρεᾶς πνευματικῆς, χάριν εἰλήφατε.* v. 3: *διὸ καὶ μᾶλλον συγχαίρω ἐμαυτῷ, ἐλπίζων σωθῆναι, ὅτι ἀληθῶς βλέπω ἐν ίμιν ἐκκεχυμένον ἀπὸ τοῦ πλουσίου τῆς ἀγάπης κυρίου πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς* (coll. v. 5); item conferas cap. IV, 9: *διὸ προσέχωμεν ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις οὐδὲν γὰρ ὠφελήσει ὑμᾶς ὁ πᾶς χρόνος τῆς πίστεως ὑμῶν, ἐὰν μὴ νῦν ἐν τῷ ἀνόμῳ καὶ ϕῷ καὶ τοῖς μέλλουσιν σκανδάλοις, ὡς πρέπει υἱοῖς Θεοῦ, ἀντιστῶμεν, ἵνα μὴ σχῆ παρείσδυσιν ὁ μέλας* et v. 13: *προσέχωμεν, ἵνα μήποτε ἐπαναπανόμενοι ὡς κλητοὶ ἐπικαθυπνώσωμεν ταῖς ἀμαρτίαις ἡμῶν καὶ ὁ πονηρὸς ἄρχων λαβὼν τὴν καθ' ἡμῶν ἔξουσίαν ἀπώσηται ἡμᾶς ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ κυρίου* cum cap. II, 1: *Ἔμερῶν οὖν οὐσῶν πονηρῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀντενεργοῦντος ἔχοντας τὴν ἔξουσίαν, ὁφειλομεν ἔαντοις προσ-*

έχοντες ἐκζητεῖν τὰ δικαιώματα κυρίου ετ. 10: ἀκριβεύεσθαι οὐν
όφειλομεν, ἀδελφοί, περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ἵνα μὴ ὁ πονηρὸς
παρείσθισιν πλάνης ποιήσας ἐν ἡμῖν ἐκσφενδονήσῃ ἡμᾶς ἀπὸ τῆς
ζωῆς ἡμῶν; conferas etiam cap. IV, 1: φύγωμεν οὖν τελείως
ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων τῆς ἀνομίας, μήποτε καταλάβῃ ἡμᾶς τὰ ἔργα
τῆς ἀνομίας cum cap. XV, 7: οὐχέτι οὕσης τῆς ἀνομίας et cf.
cap. IV, 1: μισήσωμεν τὴν πλάνην τοῦ νῦν καιροῦ cum cap. XIV,
5: καρδίας παραδεδομένας τῇ τῆς πλάνης ἀνομίᾳ et cf. cap. IV,
11: γενώμεθα πνευματικούς, γενώμεθα ναὸς τέλειος τῷ Θεῷ
cum cap. XVI, 6 sq. v. 10: τοῦτ' ἔστιν πνευματικὸς ναὸς οἰκο-
δομούμενος τῷ κυρίῳ. Quibus cognitis qui animadverterit, quanto
studio scriptor, quae lectoribus curae cordique esse voluerit, in
extremo capite IV. commonuerit (cf. iteratam formulam: προσέ-
χωμεν v. 9 et 13 et 14; cf. potissimum v. 14: ἔτι δὲ κακεῖνο,
ἀδελφού μου, νοεῖτε), is non dubitabit, quin scriptor hoc nostro
capite IV. argumentationis suaee finem fecerit, ipsius Domini dicto
concludens: προσέχωμεν, μήποτε πολλοὶ κλητοί, δλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ εὑ-
ρεθῶμεν.

Hac disputatione, quae „περὶ τῶν ἐνεστώτων“ inscribitur, quum
scriptor non de rebus praesentibus solis egisset, sed ad initia
jam futurorum prospexisset (cf. cap. IV, 3—5), nihil earum rerum
instantium, quae ad lectorum salutem spectarent, omisisse sibi
videri potuit, et vaticinia praenuntiare nolens, quod lectores non
de ipsis rebus futuris instituerit, in epilogo ita se excusare: cap.
XVII: Ἐφ’ ὅσον ἦν ἐν δυνατῷ καὶ ἀπλότητι δηλῶσας ὑμῖν, ἐλπίζει μου
ἡ ψυχὴ τῇ ἐπιθυμίᾳ μου μὴ παραλελοιπέναι μέ τι τῶν ἀνηκόντων
ὑμῖν εἰς συνηρίαν, ἐνεστώτων. Εὰν γὰρ περὶ τῶν μελλόντων γράψω
ὑμῖν, οὐ μὴ νοήσητε, διὰ τὸ ἐν παραβολαῖς κεῖσθαι.

Vides ergo, quam bene congruant ea, quae demonstraturum
se esse scriptor in prooemio denuntiaverit: cap. I, 7: ἐγνώρισεν
γὰρ ἡμῖν ὁ δεσπότης διὰ τῶν προφητῶν „τὰ παρεληλυθότα“
καὶ „τὰ ἐνεστῶτα“ καὶ „τῶν μελλόντων δούς ἀπαρχὰς ἡμῖν
γνώσεως“ (noli negligere, scriptum non esse: καὶ τὰ μέλλοντα,
sed: καὶ τῶν μελλόντων δοὺς ἀπαρχὰς ἡμῖν γνώσεως) cum iis,
quae disputasse se scriptor in epilogo indicaverit, si quidem pro-
bas argumentationem ita processisse, sicuti nobis probatum est.

Haec didacticae epistolae argumentatio concluditur verbis:
ταῦτα μὲν οὖτες, quibus verbis omnibus codicibus probatis appareat,
scriptorem ad aliam quandam explicationem spectasse. Ad novam
quandam expositionem transiturum se esse quum scriptor in in-
sequenti capite XVIII. indicaverit: Μεταβῶμεν δὲ καὶ ἐφ’ ἔτερον
γνῶσιν καὶ διδαχήν, patet, hanc alteram, quam paraeneticam vocant
interpretes, totius scripti partem cum priore parte cohaerere.
Hanc non solum nexu verborum, sed etiam contextu sententiarum
junctam esse cum iis capitibus, quae contextu juncta esse hac-
tenus exposuimus, apertum erit comparanti hos paraeneticæ partis
locos cum his simillimis locis didacticae; cap. XVIII, 1:
Μεταβῶμεν δὲ καὶ ἐφ’ ἔτερον γνῶσιν καὶ διδαχήν cum cap. I, 5;

έσπούδασα κατὰ μικρὸν ὑμῖν πέμπειν, ἵνα μετὰ τῆς πίστεως ὑμῶν τελεῖαν
ἔχητε καὶ τὴν γνῶσιν. cf. cap. XVIII, 1: Ὁδοὶ δύο εἰσὶν διδαχῆς
καὶ ἔξουσίας, ἡ τε τοῦ φωτὸς καὶ ἡ τοῦ σκότους cum cap. IV, 10:
μισήσωμεν τελείως τὰ ἔργα τῆς πονηρᾶς ὁδοῦ. cf. cap. XVIII, 2:
ὅ δὲ ἄρχων καιροῦ τοῦ νῦν τῆς ἀνομίας cum cap. IV, 9:
ἔὰν μὴ νῦν ἐν τῷ ἀνόμῳ καιρῷ ἀντιστῶμεν, ἵνα μὴ σχῆ παρείσ-
θυσιν ὁ μέλας v. 13: καὶ ὁ πονηρὸς ἄρχων, λαβὼν τὴν καθ' ἡμῶν
ἔξουσίαν ἀπώσηται ἡμᾶς ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ κυρίου (col. cap. XXI,
1: ὁ γὰρ ταῦτα ποιῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ δοξασθήσεται). cf. cap.
XIX, 8: ὅσον δύνασαι ὑπὲρ τῆς ψυχῆς σου ἀγνεύσεις et v. 10: ἦ διὰ
τῶν χειρῶν σου ἔργασῃ εἰς λύτρωσιν ἀμαρτιῶν σου cum cap. XIV,
6: λυτρωσάμενον ἡμᾶς ἐκ τοῦ σκότους ἐτοιμάσας ἑαυτῷ λαὸν ἄγεον
(col. cap. XV, 7: αὐτὸς ἀγιασθέντες πρῶτον); cf. cap. XIX, 9: ἀγα-
πήσεις ὡς κόρην τοῦ ὁφθαλμοῦ σου πάντα τὸν λαλοῦντά σοι τὸν
λόγον κυρίου..... ἦ διὰ λόγου κοπιῶν καὶ πορευόμενος εἰς τὸ
παρακαλέσας καὶ μελετῶν εἰς τὸ σῶσαι ψυχὴν τῷ λόγῳ cum cap.
XVI, 10: ὁ γὰρ ποθῶν σωθῆναι βλέπει οὐκ εἰς τὸν ἀνθρωπον,
ἀλλὰ εἰς τὸν ἐν αὐτῷ κατοικοῦντα καὶ λαλοῦντα. cf. cap. XIX,
10: καὶ ἐκβῆτησεις καθ' ἐκάστην ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἀγῶν et v. 12:
οὐ ποιήσεις σχῆμα, εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένους συνάγων cum cap. IV,
10: μὴ καθ' ἑαυτοὺς ἐνδύνοντες μονάζετε ὡς ἥδη δεδικαιωμένοι, ἀλλ
ἐπὶ τὸ αὐτὸς συνερχόμενοι συνζητεῖτε περὶ τοῦ κοινῆ συμφέροντος
cf. cap. XIX, 11: γνώση δέ, τις ὁ τοῦ μισθοῖ καλὸς ἀνταπο-
δότης et cap. XXI, 1: ὁ γὰρ ταῦτα ποιῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ
δοξασθήσεται ὁ ἐκεῖνα ἐκλεγόμενος μετὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ συνα-
πολεῖται. διὰ τοῦτο ἀνάστασις, διὰ τοῦτο ἀνταπόδοσις et v. 3: ἐγγὺς
ὁ κύριος καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ et cap. XIX, 10: μηδισθήσῃ ἡμέραν
χρίσεως νυκτὸς καὶ ἡμέρας cum cap. IV, 12: ὁ κύριος ἀπροσωπολήπ-
τως κρινεῖ τὸν κόσμον. ἕκαστος καθὼς ἐποιησεν κομιεῖται.
ἔὰν ἦ ἀγαθός, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ προσηγήσεται αὐτοῦ ἔὰν ἦ πονη-
ρός, ὁ μισθὸς τῆς πονηρίας ἔμπροσθεν αὐτοῦ et cum cap. XIV, 9:
καλέσας ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτὸν καὶ ἡμέραν ἀναποδόσεως; cf. cap.
XXI, 1: καλὸν οὖν ἔστιν, μαθόντα τὰ δικαιώματα κυρίου, ὅσα
προγέγραπται, ἐν τούτοις περιπατεῖν et v. 5: γνῶσιν τῶν δικαιω-
μάτων αὐτοῦ cum cap. II, 1: ὁ φείλομεν ἐαυτοῖς προσέχοντες
ἐκβῆτεῖν τὰ δικαιώματα κυρίου et cap. IV, 11: φυλάσσειν ἀγω-
νιζόμενα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτοῖς
εὑφρανθῶμεν et cap. XVI, 9: ἦ σοφία τῶν δικαιωμάτων, αἱ
ἐντολαὶ τῆς διδαχῆς (cf. cap. XVIII, 1: ἐφ' ἐτέραν γνῶσιν καὶ
διδαχήν ὃδοὶ δύο εἰσὶν διδαχῆς). cf. cap. XXI, 5: ὁ δὲ Θεὸς, ὁ τοῦ
παντὸς κόσμου κυριεύων, δῶῃ ὑμῖν σοφίαν, σύνεσιν, ἐπιστήμην,
γνῶσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ, ὑπομονήν cum cap. II, 3:
τούτων (cf. v. 1 et 2) μενόντων τὰ πρὸς κύριον ἀγνῶς συνευφραντοτάτων
αὐτοῖς σοφία, σύνεσις, ἐπιστήμη, γνῶσις. cf. cap. XXI, 3:
ἐγγὺς γὰρ ἡ ἡμέρα ἐν ᾧ συναπολεῖται πάντα τῷ πονηρῷ. ἐγγὺς ὁ
κύριος καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ cum cap. IV, 3: τὸ τέλειον σκάνδαλον
ἴγγικεν (col. cap. XV, 5). cf. cap. XXI, 9: διὸ μᾶλλον ἐσπού-

δασα γράψας ἀφ' ὧν ἡδυνήθην εἰς τὸ εὐφράναι ὑμᾶς cum cap. I, 5: ἐσπούδασα κατὰ μυχὸν ὑμῖν πέμπειν (col.cap. I, 8).

Qui loci quum evidentissime inter se congruant, *similis vero convenientia paraeneticae partis cum iis, quae adhuc restant, capitibus* (capp. V—XII) *omnino non exstet*, contra Schenkelium, qui paraeneticam epistolae partem (sc. capp. XVIII—XXI) ab interpolatore quodam adjectam esse defendit, perbene confirmatur nostra sententia, **nostram Barnabae epistolam continuatione serieque sententiarum cunctam continori, si secundum eam, quam in prooemio denuntiatam reperimus, dispositionem capita I—III et XIII—XVI et IV et XVII—XXI inter se connectenda censemus.**

Disputantibus nobis, capita V—XII ad propositam illam dispositionem referri non posse, explanandum nunc est, quam aliam viam rationemque argumentandi ea capita sequi nobis videantur.

Caput V. cum antecedentibus comparanti id caput et nexus et contextu cum antecedentibus capitibus carere perspicuum erit; nullo enim unquam antecedente capite quidquam reperimus, ad quod disputationem, quam cap. V seq. explicatam legimus, dico: Dominum Jesum Christum ad redimendos homines pati necesse fuisse, referre possimus. Quae quamquam ita sunt, ne nova quidem haec disputatione introducta, sed veluti de passione Christi supra jam disputatum sit, ita adjuncta est: *Eἰς τοῦτο γὰρ ὑπέμεινεν ὁ κύριος παραδοῦναι τὴν σάρκα εἰς καταφθοράν, ἵνα κ. τ. λ.* Hinc ergo patet, hanc disputationem non in loco esse. Quaeritur, ad quid melius asseratur. Hanc in rem probanda est nostra sententia, caput V. sequentia ad supplendas sententias capititis XIV. composita esse. Hoc eo probatur, quod unaquaque sententia capititis XIV. in capite V. completa et in insequentibus capitibus VI—XII argumentis superstructa est. Argumentatio cap. XIV, 1 sq., Judaeos testamentum patribus promissum non acceptum habuisse: v. 1: *Nα. ἀλλὰ τὴν διαθήκην ἦν ὅμοσεν τοῖς πατράσι δοῦναι τῷ λαῷ εἰς δέδωκεν, ζητῶμεν δέδωκεν αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγενοντο ἄξιοι λαβεῖν διὰ τας ἀμαρτίας αὐτῶν* in capite V. seq. explicatione completa est, Judaeos merito in sempiternum *rejectos esse*: v. 4: *λέγει δὲ ἡ γραφή Οὐκ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτινα πτερωτοῖς. τοῦτο λέγει ὅτι δικαίως ἀπολεῖται ἄνθρωπος, ὃς ἔχων ὅδοι δικαιοσύνης γνῶσιν ἔαντὸν εἰς ὅδὸν σκότους ἀποσυνέχει.* v. 11 et 12: *ἵνα τὸ τέλειον τῶν ἀμαρτιῶν ἀνακεφαλαιώσῃ τοῖς διώξασιν ἐν θανάτῳ τοὺς προφήτας αὐτοῦ. οὐκοῦν εἰς τοῦτο ὑπέμεινεν. λέγει γὰρ ὁ Θεὸς τὴν πλήγην τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ὅτι ἐξ αὐτῶν Ὁταν πατάξωσιν τὸν ποιμένα ἔαντῶν, τότε σκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποιμνῆς* (conferatur infra). Sententia capititis XIV, 4, Dominum Christianis testamentum dedisse *patiendo pro iis*: v. 4: *αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῶν ἔδωκεν εἰς λαὸν κληρονομίας, δι’ ἡμᾶς ὑπομενας* in cap. V. fusius ita explicata est, ut quaestio instituatur, *cur necessarium fuerit, Dominum pati*: v. 1: *Eἰς τοῦτο γὰρ ὑπέμεινεν ὁ κύριος παραδοῦναι τὴν σάρκα εἰς καταφθοράν, ἵνα τῇ ἀφέσει τῶν ἀμαρτιῶν ἀγνισθῶμεν ὃ ἐστιν ἐν τῷ αἷματι τοῦ δαντίσματος αὐτοῦ. γέγραπται γὰρ περὶ αὐτοῦ κ. τ. λ.* v. 5: *ἔτι δὲ καὶ τοῦτο, ἀδελφοί μου.*

εἰ δὲ ὁ κύριος ὑπέμεινεν παθεῖν περὶ τῆς ψυχῆς ἡμῶν — v. 6: πῶς οὖν ὑπέμεινεν ὑπὸ χειρὸς ἀνθρώπων παθεῖν; μάθετε κ. τ. λ. cf. v. 12: οὐκοῦν εἰς τοῦτο ὑπέμεινεν v. 13: αὐτὸς δὲ ἡ θέλησεν οὗτως παθεῖν· ξέδει γάρ, ἵνα ἐπὶ ξίλου πάθῃ κ. τ. λ. (conferatur infra). Locus cap. XIV, 5 sq., quo refertur, Dominum in terris apparuisse, ut homines a tenebris liberaret, novumque sanctum populum sibi pararet, completus est in capite V. demonstratione, cur Dominum apparere et carnem induere necesse fuerit; qui si non carne induitus in terras venisset, non vitae, sed perniciei hominibus fuisse, quippe qui ne solem quidem, opus manuum ejus, aspicere valentes ejus ipsius adspectum sustinere non potuisserent: v. 10: εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν ἐν σαρκὶ, πῶς ἀνέσωθησαν οἱ ἀνθρώποι βλέποντες αὐτόν, οἵ γε τὸν μελλοντα μὴ εἶναι ἥλιον, ἔργον τῶν χειρῶν αὐτοῦ ὑπάρχοντα, βλέποντες οὐκ ἰσχύουσιν εἰς τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ ἀντοφθαλμῆσαι οὐκοῦν ὁ νιὸς τοῦ Θεοῦ εἰς τοῦτο ἡλθεν ἐν σαρκὶ (coll. v. 7 et 11; conferatur infra). Locus cap. XIV, 4, quo praestantia novi foederis prae vetere ex principatu Christi domini prae Mose ministro demonstrata est, in capite V. expositione completus est, quanto elatior dominus sit; esse eum ipsum dominum orbis terrarum, mediatorem omnium rerum et creandarum et creatarum, creatorem terrae, solis, siderum etc. cf. cap. XIV, 4: Μωϋσῆς Θεούποτον ὃν ἔλαβεν, αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῶν ἔδωκεν (cf. v. 5: κυρίου Ἰησοῦ, αὐτὸς φανεῖς v. 7—9), cum cap. V, 5: εἰ δὲ ὁ κύριος ὑπέμεινεν παθεῖν περὶ τῆς ψυχῆς ἡμῶν, ὃν παντὸς τοῦ κόσμου κύριος, φέρειπεν δὲ θεὸς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου Ποιήσωμεν ἀνθρώπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὅμοιωσιν ἡμετέραν v. 6: οἱ προφῆται ἀπὸ αὐτοῦ ἔχοντες τὴν χάριν εἰς αὐτὸν ἐπροφήτησαν κ. τ. λ. (cf. v. 10. conferatur infra). Hae sententiae in capite V. brevibus prolatae *in sequentibus capitibus VI—XII argumentis ita firmatae sunt*, ut necessitatem *incarnationis et passionis Domini apertis Dei verbis et multis typis figurisque* praemonstratam esse ostendatur, et *Judeorum animi caecitas* in perspiciendis his typis figurisque atque *obstinatio in curandis veris Dei mandatis* declarantur (vid. infra).

Itaque quum non dubium esse possit, quin haec quoque explicatio capitum V—XII proprio argumento contineatur, oritur disceptatio, qua re hoc argumentum a dispositione in cap. I, 7 nuntiata ita abhorreat, ut ab uno scriptore tractatum esse non possit.

Quod priusquam explicamus respondebimus interroganti, quo factum sit, ut quod supplementum putemus, id annexum sit ad locum, ubi non habeamus quo referatur. Ponis, quod suppleatur, id adjungi ad eam argumentationem, ad quam firmandam supplementum sit. Hanc in rem judico, supplementum (cap. V—XII) subiectum fuisse capiti XIV., si ab eodem, qui caput XIV. scripsit, scriptore compositum esset hanc ob causam, ut eo sententiae capituli XIV. argumentis confirmarentur. Si vero haec capita conscripta esse probas ab alio quodam scriptore, qui id potissimum

egerit, ut adjecta ea esse dissimularet, non miraberis; quod ea argumentationi ei, ad quam supplendam concepta esse videantur, non postposita, sed praeposita vides. Ita sententia nostra probatur, interpolatorem supplementum suum ante caput XIII. posuisse, quippe quod caput cum capite XIV. arcte cohaerere ei appareret. Eo factum erat, ut didacticae epistolae partis tria capita (nostra capita I—III) supplementum antecederent, quinque capita (nostra capita XIII—XVI et IV.) sequerentur. Quo interjectio supplemento quum dispositionis partes tam impari modo pertractatas esse appareret, ut prima pars quindecim capitibus contineretur, pars secunda uno tantum capite ultimo (sc. IV.), atque interpolator supplementum cum epistola optime commiscuisse arbitraretur, si in ipsam medium epistolam id posuisset, adjunxit ultimum didacticae epistolae caput (sc. nostrum caput IV. cf. supra pag. 11) ad caput III; quo evenit, ut quatuor capita supplementum antecederent, quatuor sequerentur. Nexus verborum supplementum cum antecedentibus his capitibus conjunxisse sibi videbatur, si ineunte sua argumentatione dispositionem ex capite I, 7 repetens ad antecedentem dissertationem de rebus praeteritis (capp. II. et III.) et de rebus instantibus (cap. IV.) tractatam *respicientem se effingeret*. Quam ob rem *verba capitinis* V, 3: οὐκοῦν ὑπερευχαριστεῖν ὀφεῖλομεν τῷ κυρίῳ, ὅτε καὶ τὰ παρεληλυθότα ἡμῖν ἔγνωρισεν, καὶ ἐν τοῖς ἐνεστῶσιν ἡμᾶς ἐσόφισεν, καὶ εἰς τὰ μέλλοντα οὐκ ἐσμὲν ἀσύνετοι ab interpolatore *inserta esse* suspicor. Contextum rerum optimum restituisse sibi videbatur, si eandem argumentationem, ex qua in capite XIV. eas sententias, quas supplevit, deductas esse vidit: cap. XIV, v. 1—3 supplemento quoque praeponeret. *Explicatio* enim, quae in medio capite IV. legitur: v. 6—9: συνιέναι οὖν ὁφεῖλετε. ἔτι δὲ καὶ τοῦτο ἐρωτῶ ἡμᾶς κ. τ. λ. . . . γράφειν ἐπούδασα ἐγὼ περίψημα ἴμων hanc ad rem ab interpolatore *interjecta esse* mihi videtur. Nam primum quidem haud scio, quomodo probetur, *eundem scriptorem* de re eadem iisdem fere verbis disputasse. Deinde contextum sententiarum capitinis IV. his versibus *interruptum esse* nemo negabit; verba enim noni versus: διὸ προσέχωμεν ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις κ. τ. λ., quae hoc loco non habent, quo referantur, versui quinto adjungenda esse appareat. Tum miror, cur nostro jam loco *de eadem re disputetur*, quam explicaturum se esse scriptor ineunte demum capite XIII. et XIV. indicat, ubi continua cogitationum serie hanc rem tractat. Denique minime placet, qua ratione hoc loco hanc disputationem et introductam et conclusam videamus; interpolator enim hos versus eo modo cum capite IV. copulavit, ut novam quandam explicationem incipere simulans in principio et exitu argumentationis quendam modum dicendi in antecedentibus capitibus repertum imitaretur; quam ad rem conferas verba capitinis IV, 6: Εἴτι δὲ καὶ τοῦτο ἐρωτῶ ἡμᾶς ὡς εἰς ἐξ ὑμῶν cum capite I, 8: ὡς εἰς ἐξ ὑμῶν ὑποδεῖξω ὄλιγα; verba capitinis IV, 6: Ιδως δὲ καὶ πάντας ἀγαπῶν ὑπὲρ τὴν ψυχήν μου cum cap. I, 4: καὶ πάντως ἀναγκάζομεν καύω εἰς

τοῦτο ἀγαπᾶν ὑμᾶς ὑπὲρ τὴν ψυχήν μου; verba capitinis IV, 6: προσέχειν τὸν ἑαυτοῖς καὶ μὴ ὄμοιοῦσθαι τισιν ἐπισωρεύοντας ταῖς ἀμαρτίαις ὑμῶν cum cap. IV, 2: μὴ δῶμεν τῇ ἑαυτῷ ψυχῇ ἀνεσιν ὥστε ἔχειν αὐτὴν ἔξουσιαν μετὰ ἀμαρτωλῶν καὶ πονηρῶν συντρέχειν, μήποτε ὄμοιωθῶμεν αὐτοῖς; item conferas verba nimis modeste dicta capitinis IV, 9: πολλὰ δὲ θελων γράφειν, οὐχ ὡς διδύσκαλος, ἀλλ’ ὡς πρεπει ἀγαπῶντι ἀφ’ ὧν ἔχομεν μὴ ἐλλιπεῖν (coll. cap. XVII) γράφειν ἐσπούδασα (coll. cap. I, 5: μέρος τι μεταδοῦναι ἀφ’ οὐ ἔλαβον . . . ἐσπούδασα κατὰ μετρον ὑμῖν πέμπειν) ἐγὼ περιψημα ὑμῶν cum verbis sincere dictis capitinis I, 8, ubi scriptor ineunte explicatione lectitoribus professus est, se eos docturum esse, non tamquam si esset eorum magister, sed tamquam ex iis unus: ἐγὼ δὲ οὐχ ὡς διδάσκαλος ἀλλ’ ὡς εἰς ἐξ ὑμῶν ὑποδειξω ὅληα, δι’ ὧν ἐν τοῖς παροῦσιν εὐφρανθήσεσθε (animadvertis in hoc loco legi: ἐν τοῖς παροῦσιν; his de rebus praesentibus quum interpolator in capite IV. disputatum esse videret, bene ad haec verba respicientem se effingere potuit); similem interpolatoris nimiam dicendi modestiam legimus cap. VI, 5: Απλούστερον ὑμῖν γράφω, ἵνα συνιῆτε, ἐγὼ περιψημα τῆς ἀγάπης ὑμῶν et cap. IX, 9: Οὐδεὶς γνησιώτερον ἔμαθεν ἀπ’ ἐμοῦ λέγον ἀλλὰ οἶδα, ὅτι ἄξιος ἐστε ὑμεῖς.

Bene ergo confirmatur sententia nostra, capita V—XII ad supplendos capitinis XIV versus 4—9 scripta esse, hac sententia, capitinis IV versus 6—9 ex capite XIV, 1—3 interjectos esse eam ob causam, ut supplementum V—XII cum praeposito capite IV. connexum esset *eadem* argumentatione, ex qua sententiae capitinis XIV. deductae erant (sc. v. 1—3).

Hactenus quum in primis constituerimus, quae in epistola partes genuinae et quae interjectae esse, et quapropter hae partes, sicuti positas eas nunc habeamus, ita positae esse nobis videantur, disputabimus nunc, quibus argumentis has epistolae partes ab uno scriptore compositas esse negemus. Hanc disputationem confecerimus, si multas et maximas inter has epistolae partes diversitates extare demonstraverimus, quae alio modo nullo explicari possint, nisi has partes a diversis scriptoribus, diverso scribendi consilio atque modo, diverso tempore compositas esse judicemus. Hanc explicationem ita agemus, ut eam, quam pro genuina habeamus, partem in omnibus notam iudeo-christianam prae se ferre demonstremus, contineri eam argumento et ratione disputandi, ex quibus pateat, eam compositam esse a scriptore christiano ex *Judaeis* converso ad lectores et ipsos ex *Judaeis* conversos; eam contra partem, quam interpolatam ducamus (cap. V—XII), a scriptore christiano ex *Ethnicis* converso ratione disputandi *Judaeis infestissima* conscriptam esse.

De quibus hic disceptatur quaestiones apud viros doctos tantopere in controversia sunt, ut ne una quidem omnium adhuc absoluta sit. Quae ab aliis probantur, ea ab aliis improbantur. Alii contendunt, epistolam a scriptore iudeo--christiano confectam esse ad societatem et ipsam iudeo-christianam (ita Hefele

vid. Sendschr. pag. 129 ff.), defendunt alii, tribuendam eam esse scriptori ethnico-christiano, qui conscripserit ad Christianos ex Ethnicis conversos (ita Hilgenfeld, Apost. Väter pag. 32 ff. et Heberle, vid.: Stud. d. würt. Geist. 1846 XVIII, 1. pag. 32 ff.), alii illos inter se conciliaturi volunt, scriptam eam esse ad societatem judaeo-christianam cum Ethnico-christianis commixtam (ita Weizsäcker, vid. Zur Critik des Barbr. pag. 5 ff. et J. G. Müller vid.: Erkl. des Barbr. pag. 11 ff.). Hinc quum jam pateat, in epistola et alia adesse, quae ad hanc, et alia, quae ad illam sententiam statuendam moveant, nihil vani agere videbimur demonstrare conaturi, unam epistolae partem — sc. eam quam genuinam putamus — a scriptore christiano ex Judaeis converso, alteram — sc. eam, quam interpolatam ducimus — ab Ethnico-Christiano quodam conscriptam esse. Quam sententiam ut continua argumentatione firmemus, primum exponamus, quid hanc in rem nobis videatur de epistolae re argumentoque.

Viri docti in eo consentiunt, scriptoris consilium in compонenda epistola fuisse disputandi, instituta judaica Christianis nihil jam valere (vid. Menardi judicium in: J. B. Cotelerii: Sanctorum patrum qui temporibus apost. floruerunt opp. pag. 9^b. Georgii Rosenmüller: hist. interpretationis librorum sacrorum pag. 45. cf. Hefele: Sendschr. pag. 130; Hilg.: Apost. Väter pag. 37; Weizsäcker: pag. 12; Müller: pag. 8). Hoc argumentum qua ratione pertractatum sit, ea Hefelio videbatur planum fieri, epistolam ad lectores Judaeo-Christianos datam esse (Hefele: Sendschreiben pag. 129 sq.). Hilgenfeldius contra disputavit (Hilg.: Apost. Väter pag. 35). Haec controversia non componitur, nisi illud argumentum a duobus scriptoribus diverso disputandi consilio et ratione pertractatum esse censemus. Itaque demonstrare conabimur, scriptorem Judaeo-Christianum genuinae partis epistolae a partibus Judaeo-Christianorum disputantem hoc argumento lectores Judaeo-Christianos voluisse docere, religiones judaicas ab ipsis quoque administratas nova Domini Jesu Christi lege abrogates esse (*καταργεῖν*) — ex qua significatione: „abrogationis“ jam patet, eas ex ejus judicio valuisse usque ad Christi tempora — cf. cap. II, 6: *ταῦτα οὖν κατηργησεν, ἵνα ὁ καινὸς νόμος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀνευ λύγοῦ ἀνάγκης ὥν, μή ἀνθρωποποιητον ἔχῃ τὴν προσφοράν.* cap. XVI, 2: *ἄλλὰ πῶς λέγεις κύριος καταργῶν αὐτόν; μάθετε*), scriptorem vero Ethnico-Christianum adjectae partis epistolae a parte antejudaica argumentantem *adversarios* observationem institutorum judaicorum omnibus Christianis necessarium postulantes *oppugnare voluisse* demonstratione, instituta judaica ne ullius unquam veritatis fuisse, nec aliam vim habuisse, nisi quibus Christus ejusque regnum typice praemonstrarentur (conferatur infra). Itaque interpretum sententiam, scriptorem epistolae illo arguento voluisse oppugnare judaizantes i. e. Christianos eos, qui religionem christianam Judaeis solis destinatam esse rati instituta judaica Christianis

observanda postularent, et argumentatione sua lectores arcere, quominus judaizantium doctrinae faventes ad observationem horum institutorum reverterentur, comprobo quod ad *interpolatam epistolae partem* attinet (conferatur infra), quod ad genuinae epistolae partem rejicio.

Epistolae auctori illum errorem impugnandum non fuisse, ex epistolae prooemio jam elucet; unde tantum abest, ut is lectores periclitantes viderit, in religionem judaicam recidere, ut eos de abundantia magnarum et multarum virtutum abunde praedicet: „Supra modum, inquit, exhilaror beatis et praeclaris spiritibus vestris quod sic naturalem gratiam accepistis“ (cap. I, 2). „Propter quod plurimum gratulor mihi speranti liberatum iri, quia vere video in vobis infusum spiritum ab honesto fonte Dei“ (cap. I, 3). „Ideo et ego cogor diligere vos super animam meam, quia magnitudo fidei et dilectio habitat in vobis et spes vitae illius“ (cap. I, 4).

Auctor quum persuasum habeat, se ex quo tempore lectoribus praesens concionatus sit, in percipienda doctrina christiana profecisse, intelligentiam suam cum lectoribus communicare eorumque fidem in scientia ponere voluit: cap. I, 3^b: πεπεισμένος οὖν τοῦτο καὶ συνειδὼς ἐμαυτῷ ὅτι ἐν ὑμῖν λαλήσας πολλὰ ἐπισταματ — ὅτι ἐν ἐμοὶ συνώδευσεν ἐν ὅδῳ δικαιοσύνης κύριος χ. τ. λ. v. 5: λογίσαμενος οὖν τοῦτο ὅτι ἔὰν μελήσῃ μοι περὶ ὑμῶν τοῦ μέρος τὸ μεταδοῦναι ἀφ' οὗ ἔλαβον, ὅτι ἔσται μοι τοιούτοις πνεύμασιν ὑπηρετησαντι εἰς μισθόν, ἐσπούδασα κατὰ μικρὸν ὑμῖν πέμπειν, ἵνα μετὰ τῆς πίστεως ὑμῶν τελεῖαν ἔχητε καὶ τὴν γνῶσιν. Ergo instituere voluit lectores rebus christianis iisque quum essent Christiani ex Judaeis conversi (conferatur infra), qui religiones judaicas administravissent, ex verbo divino planum facere, non Judaeorum, sed spirituale Christianorum cultum veram Dei esse et Deo gratam venerationem. Hanc rem eo consilio lectoribus explicaturum se esse noster affirmat, ut eorum animos adverso illo tempore laetiores reddat: cap. I, 8: ἐγὼ δὲ οὐχ ᾧς διδάσκαλος, ἀλλ' ᾧς εἰς ἕμῶν ὑποδειξω ὄλγα, δι' ὃν ἐν τοῖς παροῦσιν εὑφρανθρίσεσθε. Itaque tempora eaque adversa ad inquirenda decreta divina ei ansam dederunt. „Quum dies sint nequissimi,“ ineunte sua argumentatione affert, „et adversarius habeat hujus saeculi potestatem, debemus attente inquirere decreta Domini“ (cap. II, 1). Ergo non errores quidam ad scribendam epistolam eum moverunt, sed quae-dam calamitates. Quae quales fuerint ex cap. XVI perspicitur, ubi eadem ratione, qua capitibus II et III et XV sacrificia (cap. II), jejunium (cap. III), sabbata (cap. XV) abrogata esse demonstrata sunt, abolitio cultus templi ex ejus eversione declaratur (conferatur infra). Hanc eversionem novissimis diebus esse eventuram quum promissum esse auctor afferat: cap. XVI, 5: λέγει γὰρ ἡ γραφή καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν χ. τ. λ. — καὶ ἐγένετο καθ' ἀ ἐλήλησεν κύριος (conferatur infra), et novissimos hos dies appropinquasse dilucide eloquatur: cap. IV, 3

τὸ τελειον σκάνδαλον ἥγγικεν κ. τ. λ. et cap. XXI, 3: ἔγγυς γὰρ ἡ ἡμέρα, ἐν ᾧ συναπολεῖται πάντα τῷ πονηρῷ, ἔγγυς δὲ κύριος καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ (coll. cap. XV, 4 et 5), bene firmatur nostra sententia — quam argumentis superstructam videoas infra — epistolae auctorem haud multo post excidium Hierosolymorum epistolam scripsisse eo consilio, ut, quod hoc excidio patefactum esse ipsi videretur, videlicet: religionem judaicam abrogatam esse, id ex Domini decretis per prophetas palam factis confirmaret. Noluit igitur auctor quosdam homines oppugnare, qui aliter atque ipse docerent, sed studuit animos lectorum formidolosis eventibus populi judaici excitatos et territos (cf. cap. IV, 14) sedare et laetiores reddere (cf. cap. I, 8^b: δι' ὧν ἐν τοῖς παροῦσιν εὐφρανθήσεσθε. cap. IV, 11^b: ἵνα ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτοῦ εὐφρανθῶμεν. cf. cap. XVII) explicatione, ex voluntate Dei constitutum fuisse, ut religio judaica abrogaretur religione christiana: cap. II, 6: ταῦτα (sc. instituta judaica cf. v. 4 et 5) οὖν κατήργησεν, ἵνα δὲ καὶ νόμος τοῦ χριστοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀνευ ζυγοῦ ἀνάγκης ὧν, μὴ ἀνθρωποποιητον ἔχῃ τὴν προσφοράν. cap. XIV, 5: ἐφανερώθη δέ, ἵνα κάκεῖνοι τελειωθῶσιν ταῖς ἀμαρτήμασιν, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ κληρονομοῦντες διαθήκην χριστοῦ Ἰησοῦ λάβωμεν κ. τ. λ. Verum videamus nunc, ex quibus potissimum locis iisque genuinae partis epistolae interpres sententiam, scriptorem oppugnare judaizantes, deducant.

Affertur hanc in rem cap. III, 6, qui locus in codice sinaitico plane corruptus (cod.: εινα . . . επιλυτοι τω εκινων νομων) duce vetere interprete (qui vertit: ut non incurramus tamquam proselyti ad illorum legem) ita restituendus esse videtur: εἰς τοῦτο οὖν, ἀδελφοί, δὲ μακρόθυμος (sc. Θεός) . . . προεφανέρωσεν ἡμῖν περὶ πάντων, ἵνα μὴ προσρησσώμεθα ὡς ἐπήλυτοι τῷ ἐκείνων νόμῳ (conferatur Volk.: Monumentum vetust. pag. 9). Müllerus interpretans, Deum haec omnia praenuntiasse, ne Christiani observatione legis judaicae proselyti religionis judaicae fierent, arbitratur, scriptorem hoc loco lectores Ethnico-Christianos monuisse, ne proselyti religionis judaicae fieri periclitarentur (Müller: pag. 94; conferatur Hilg.: Apost. Väter pag. 35). Respicienti mihi antecedentia, quibus expositum est, Deum per prophetas pronuntiasse, quomodo voluntatem suam lege judaica palam factam intelligi vellet, qua ratione a judaica plane remota sacra ipsi fieri (cap. II), jejunium celebrari (cap. III) mallet, illis verbis hic sensus inesse videtur: Pronuntiavit haec omnia Deus, ne nos (sc. Christiani; conferatur infra) tamquam (ne neglexeris vocem ὡς, ex qua elucet, hoc loco translate dici) proselyti (de verbo ἐπήλυτοι vid. Müller: pag. 93) i. e. faventes judaicae rationi legem divinam intelligendi et observandi, illabamur illorum legi i. e. legi *judaice* (falso) intellectae. Complectitur ergo his verbis scriptor suam explicationem ex Judeorum ritu sacrorum et jejunii deductam, *Judeos* veram voluntatis divinae intelligentiam non habuisse, datam eam esse *Christianis*; quorum sit, ut verum suum cultum Dei servent

neve in judaicam rationem divinae voluntatis intelligendae et obser-vandae recidant. Docet ergo scriptor hoc loco lectores, quae docere sibi proposuit, non oppugnat eos, qui aliter atque ipse docuerint.

Ad eandem rem adhibetur cap. IV, 1. Neque vero errores quidam hoc loco oppugnantur, sed vitia et injuria exagitantur. Verba enim τὴν πλάνην τοῦ νῦν καιροῦ non de errore judaizandi, ut Hefelio placet (Hefele: patrum apost. opp. vid. ad hunc locum), sed sicut antecedentem vocem ἀνομία ethice dicta esse (ut nos dicimus: Verderbtheit der jetzigen Zeit vid. II. Petr. II, 18; conferatur Müller pag. 96: ἀνομία im moralischen Sinne. Es sind die Sünden des Weges der Finsterniss cap. XVIII, 2), ex contextu liquet, quo lectores monentur, ut peccata (v. 1: φύγωμεν οὐν τελεῖως ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων τῆς ἀνομίας (sc. Judaeorum), μήποτε καταλάβῃ ἡμᾶς τὰ ἔργα τῆς ἀνομίας· καὶ μισήσωμεν τὴν πλάνην τοῦ νῦν καιροῦ, ἵνα εἰς τὸν μελλοντα ἀγαπηθῶμεν) et peccatores (v. 2: μὴ δῶμεν τῇ ἑαυτῶν ψυχῇ ἄνεσιν, ὅστε ἔχειν αὐτὴν ἔξουσίαν μετὰ ἀμαρτιῶν καὶ πονηρῶν συντρέχειν, μήποτε ὅμοιωθῶμεν αὐτοῖς) caveant (vid. cap. IV, 9: ἐὰν μὴ νῦν ἐν τῷ ἀνόμῳ καιρῷ . . . ἀντιστῶμεν et cap. XVIII, 2: καιροῦ τοῦ νῦν τῆς ἀνομίας; conferatur Müller pag. 97: Von den Juden sowohl, als von den judaisirenden Judenchristen kann der Ausdruck nur in Beziehung auf ihre Sündhaftigkeit und Gottlosigkeit gesagt sein).

Eandem argumentationis vim interpretes attribuunt loco cap. IV, 10: μὴ καθ' εάντοις ἐνδύνοντες μονάζετε ὡς ἥδη δεδικαιωμένοι, ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνερχόμενοι συνζητεῖτε περὶ τοῦ κοινῆ συμφέροντος. Dicunt, eos, qui se sejungere a concione viderentur, judaizantes fuisse (cf. Müller pag. 119: Die Trennenden sind also solche Judenchristen, die im Briefe bekämpft werden und zwar ebenfalls in Verbindung mit der Warnung vor der Sünde. Es sind Leute von der Richtung des Carpokrates, die nicht so lange nach der Abfassung unseres Briefs als Ebioniten auch die äussere Trennung vollzogen, pag. 120: Am einfachsten bezieht man nun diese Ermahnung auf die im ganzen Briefe bekämpften Judaisten). Quum autem haec adhortatio in medio aliarum breviter commemorata legatur (conferatur verba antecedentia: φύγωμεν ἀπὸ πάσης ματαότητος καὶ μισήσωμεν τελεῖως τὰ ἔργα τῆς πονηρᾶς ὁδοῦ), qua simili ratione idem monitum est in cap. XIX, 12: οὐ ποιήσεις σχίσμα, εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένους συνάγων, nec lectores vituperentur, quod sese jam sejunxerint (conferatur I. Cor. 1, 10 sq.; 11, 18 sq.; 12, 25; Hebr. 10, 25), sed admoneantur, ne se sejungant, ex nostro loco nihil elici potest, quod illam sententiam confirmet. Scriptor ipse verbis: καθ' εάντοις ἐνδύνοντες et: ὡς ἥδη δεδικαιωμένοι et: συνζητεῖτε περὶ τοῦ κοινῆ συμφέροντος indicasse videtur, quos his verbis intelligi voluerit, videlicet eos, qui tamquam justificati ex communibus Christianorum conventibus fructum percipere se posse negaverint, qui error nescio cur tantum judaizantium fuisse possit putari.

Gravissimum vero argumentum ex cap. IV, 6—9 et cap. XIV, 1—3 petitur. Comprobo locum cap. IV, 6—9 ex cap. XIV, 1—3 insertum (conferatur supra) eo consilio adhibitum esse, quo judaizantes refellerentur; nego vero, disputatione cap. XIV, 1—3 auctorem voluisse impugnare alios quos adversarios nisi Judaeos. Qui locus cap. XIV, 1—3 cur non eandem atque locus cap. IV, 6—9 demonstrandi vim habeat quaeritur. Ea de causa, quod ea quae his locis disputantur, non eodem consilio disputantur. Scriptor capit. XIV, 1—3, qui continua cogitationum serie in cap. XIII. explicaverat, Christianos, non Judaeos ad accipiendam divinae promissionis haereditatem praedestinatos esse, — Deum enim, quum patribus promitteret, se posteris testamentum daturum esse, ad populum Christianorum, non Judaeorum prospexit (cap. XIII, 1 sq.: Ἰδωμεν δέ, εἰ οὗτος ὁ λαὸς κληρονομεῖ ἢ ὁ πρῶτος καὶ εἰ ἡ διαθήκη εἰς ἡμᾶς ἢ εἰς ἐκείνους. ἀκούσατε οὖν περὶ τοῦ λαοῦ τι λέγει ἡ γραφή.) — eadem disputandi ratione in capite XIV. pergens quaerit, quomodo cum illa sua sententia congruat, quod Deus juraverit, se testamentum Judaeorum populo esse daturum, et respondet, dedisse Deum hoc testamentum Mosi, ut ad Judaeos id afferret, hos autem propter peccata sua non dignos fuisse, qui id acciperent: cap. XIV, 1: Να. ἀλλὰ τὴν διαθήκην, ἣν ὅμοσεν τοῖς πατράσι δοῦναι τῷ λαῷ, εἰ δέδωκεν, ζητῶμεν. δέδωκεν· αὐτὸς δὲ οὐκ ἐγένοντο ἄξιοι λαβεῖν διὰ τὰς ἀμαρτίας αὐτῶν. Scriptor ergo capit. XIV 1—3 lectoribus ex verbo divino demonstrare voluit, Judaeos verum Dei testamentum non habuisse, reservatum hoc esse Christianis: cap. XIV, 4: Μωϋσῆς μὲν ἔλαβεν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐγένοντο ἄξιοι. πῶς δὲ ἡμεῖς ἔλαβομεν, μάθετε. Disputavit hoc idcirco, ut lectoribus judaeo-christianis, qui fidem christianam in religione judaica positam esse rati interitu civitatis judaicae et eversione templi hierosolymitani ipsum fidei christiana fundamentum concussum esse arbitrarentur, planum faceret, constitutum esse ex voluntate Dei, ut religio judaica fide christiana abrogaretur. Ergo non oppugnat scriptor hoc loco quosdam lectorum errores, sed eos instituit rebus christianis (conferatur cap. XIII et cap. XIV, 1), ex verbo divino iis persuadere studens, non jam Judaeos, sed se ipsos Christianos verum Domini testamentum acceptum habere (cap. XIII, 6: Βλέπετε, ἐπὶ τινῶν τέθεικεν, τὸν λαὸν τοῦτον εἶνας πρῶτον καὶ τῆς διαθήκης κληρονόμον. cap. XIV, 4: αἵτος δὲ ὁ κύριος ἡμῶν ἔδωκεν εἰς λαὸν κληρονομίας. v. 5: ἐφανερώθη δέ, ἵνα . . . ἡμεῖς δι' αὐτοῦ κληρονομοῦντες διαθήκην κυρίου Ἰησοῦ λάβωμεν, ὃς εἰς τοῦτο ἡτοιμάσθη, ἵνα αἵτος φανεῖς . . . διάθηται ἐν ἡμῖν διαθήκην λόγῳ), i. e. fide christiana veram Dei venerationem contineri, religionem christianam veram esse religionem (conferatur cap. XVI, 6 sq.; cap. II, 9 et 10; cap. III, 3 sq. v, 6; cap. XIV, 6; cap. XV, 6 et 7).

Longe alio consilio interpolator disputationem ex cap. XIV, 1—3 haustam adhibuit. Is lectores monet, ut caveant eos, qui doceant, testamentum Christianorum et Judaeorum esse: cap. IV,

6: Ἐτι δὲ καὶ τοῦτο ἔρωτῶ ὑμᾶς, ὡς εἶς ἔξ ὑμῶν ὕν, ἴδιος δὲ καὶ πάντας ἀγαπῶν ὑπὲρ τὴν ψυχὴν μου, προσέχειν νῦν ἑαυτοῖς καὶ μὴ ὅμοιοῦσθαι τισιν ἐπισωρεύοντας ταῖς ἀμαρτίαις ὑμῶν λέγοντας, ὅτι ἡ διαθήκη ἐκείνων καὶ ἡμῶν ἐστιν. ἡμῶν μέν ἀλλ' ἐκεῖνοι οὗτοι εἰς τέλος ἀπώλεσαν αὐτήν, λαβόντος ἦδη τοῦ Μωϋσεως. Interpretes in interpretatione hujus loci valde differunt. Volkmarus adjicit ad hunc locum: monument. vest. pag. 13: Judaici Christiani innitebantur in lege mosaica, quasi in aeternum etiam ecclesiae observanda. Lex V. T. pariter Judaeorum est, inquietabat, quam nostra: quod igitur ad legem ipsam attinet non alii sumus atque sincere Judaei. Huic Judaismo adversatur auctor: „Revera lex mosaica nostra est (sc. spirituali ratione intelligenda et explenda), sed tantum nostra, non Judaeorum, qui eam perdiderunt, et cultores Christi prorsus alieni sunt ab Judaeis“. — At nescio, quare probetur, voce „διαθήκη“ in nostro loco aliud quidquam (sc. legem mosaicam) intelligi, quam in loco cap. XIV, 1—3, ubi hac voce testamentum Dei patribus promissum indicari plane elucet (conferatur cap. XIII, 1 et 6; cap. XIV, 1 et 4 et 5).

Weizsaeckerus nostrum locum cum versu decimo capitinis IV. convenientem reddere studens cum codice sinaitico legere mavult: ὅτι ἡ διαθήκη ἡμῶν μέν ἀλλ' ἐκεῖνοι κ. τ. λ. (vid.: Zur Critik des Barbr. pag. 10 sq.) Hanc vero lectionem corruptam esse quum ex contextu appareat, videtur non legendum esse nisi duce veteri interprete lat.: ὅτι ἡ διαθήκη ἐκείνων καὶ ἡμῶν ἐστιν. ἡμῶν μέν ἀλλ' ἐκεῖνοι κ. τ. λ., quae lectio etiam a Volkmaro, Hilgenfeldio, Müllero recepta est.

Müllerus ad hunc locum adjicit: pag. 112: Die im Briefe bekämpften Judaisten behaupteten, der Bund der Juden gelte ebenso gut auch den Christen. Antwort des Verfassers: Ja, aber nur den Christen. Denn die Juden haben ihn von Anfang an verloren.

Neque nos improbamus, hoc loco judaizantes oppugnari, qui religionem christianam nihil esse nisi reformatam et bene emendatam religionem judaicam arbitrati docuerint, testamentum Domini Judaeis et Christianis commune esse i. e. testamentum Judaeorum et Christianorum unumidemque esse. Hos, arbitramur, ut refutaret interpolator argumentationem cap. XIV, 1—3 premens disputavit, Judaeos Domini testamentum non modo nunquam accepisse, sed testamentum promissum in perpetuum perdidisse. Ad hanc rem disputandam eum argumentationem cap. XIV, 1—3 adhibuisse, ex eo patet, quod illorum versuum causam disputandi in nostro loco ita immutavit, ut loco verborum cap. XIV, 1: αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐγένοντο ἄξιοι λαβεῖν διὰ τὰς ἀμαρτίας αὐτῶν (conferatur v. 4: Μωϋσῆς μὲν ἔλαβεν, αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐγένοντο ἄξιοι) poneret verba cap. IV, 6: ἀλλ' ἐκεῖνοι οὗτοι (i. e. hac ratione) εἰς τέλος ἀπώλεσαν αὐτήν, λαβόντος ἦδη τοῦ Μωϋσέως, et loco verborum cap. XIV, 2: καὶ λαβὼν Μωϋσῆς κατέφερεν πρὸς τὸν λαὸν δοῦνας scriberet cap. IV, 8: ἀλλὰ ἐπιστραφέντες ἐπὶ τὰ εἴδωλα ἀπώλεσαν αὐτήν, et loco verborum cap. XIV, 3: καὶ ἔρριψεν ἐκ τῶν χειρῶν τὰς πλάκας, καὶ συνεποίησαν αἱ πλάκες τῆς

διαθήκης κυρίου mutaret cap. IV, 8: καὶ ἔρωψεν τὰς δύο πλάκας ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ καὶ συνετρίβη αὐτῶν ἡ διαθήκη. Non forte haec verba permutata esse mihi quidem videntur; si vero quodam consilio, consilio Judaeo-Christianis infesto. Ergo interpolator hoc loco judaizantes ita impugnavit, ut ipsam veritatem religionis Judaeorum inficiaretur. (Eodem Judaeis infestissimo animo fuisse interpolatorem capitum V—XII explicatum vid. infra.)

Explicavimus, diversos locorum cap. IV, 6—9 et cap. XIV, 1—3 scriptores diverso consilio disputasse, auctorem epistolae argumentatione cap. XIV, 1—3 voluisse *lectoribus de veritate religionis christiana persuadere*, epistolae interpolatorem argumentatione sua voluisse *adversarios judaizantes oppugnare* (conferatur infra). Itaque quum sententiam interpretibus usitatam, scriptorem epistolae argumento, instituta judaica Christianis non valere, haec voluisse oppugnare adversarios judaizantes, quod ad *genuinam epistolae partem attinet* refutasse nobis videamus, haec sententia ita emendanda est, ut illud argumentandi consilium soli epistolae interpolatori tribuatur (conferatur infra). Hac nostra explicatione simul demonstrasse nobis videmur, genuinam epistolae partem datam esse ad lectores, qui cum populo judaico intime copulati fuerint. Nam demonstrantibus nobis, epistolae auctorem argumentando, religiones judaicas evangelio Jesu Christi abrogatas esse, noluisse impugnare adversarios judaizantes, sed *lectoribus* voluisse ex ipsius Domini decretis per prophetas patefactis abrogationem religionis judaicae praenuntiatam demonstrare eoque consilio, ut hac demonstratione ad verso illo tempore quo ruina populi judaici et interitu templi hierosolymitani abrogatio religionis judaicae pronuntiata esse videretur, lectorum animos magnis portentis et monstris in populo judaico factis (cap. IV, 14. conferatur infra) perterritos laetiores redderet (conferatur cap. I, 8; cap. II, 1 et 2; cap. IV, 1 et 9 sq.), simul demonstratum est, lectores copulatione quadam cum populo judaico ita conjunctos fuisse, ut quae populo judaico accidissent ea sibi ipsis accidisse viderentur. Quod quum potius putari possit de Christianis ex Judaeis conversis quam de Ethnico-Christianis, tamen videamus, nonne ex ea ratione, qua hoc argumentum genuinae epistolae tractatum sit, certius quid de ejus auctore et *lectoribus* constitui possit.

Auctor argumentationem abrogationis institutorum judaicorum ita persequutus est, ut quomodo Deus haec instituta administrari nollet ad Judaeos scriptum esse poneret et quomodo administrata ea vellet ad Christianos dictum esse opponeret. Significat hac in oppositione Judaeos voce αἵτοι vel ἔχεινοι et Christianos se ipsum et lectores includens voce ἡμεῖς: cap. II, 4: πεφανέρωκεν γὰρ ἡμῖν κ. τ. λ. v. 7: λέγει δὲ πάλιν πρὸς αὐτούς (conferatur v. 9), v. 10: ἡμῖν οὖν οὕτως λέγει. cap. III, 1: λέγει οὖν πάλιν περὶ τούτων πρὸς αὐτούς. v. 3: πρὸς ἡμᾶς δὲ λέγει (coll. v. 6); conferatur etiam cap. XIII, 1: εἰ η̄ διαθήκη εἰς ἡμᾶς η̄ εἰς ἔχεινος et cap.

XIV, 1: αὐτοὶ οὐκ ἐγένοντο ἄξεις λαβεῖν . . . v. 4: πῶς δὲ ἡμεῖς ἐλύθομεν, μάθετε (conferatur v. 5). Quaeritur, utrum hac voce ἡ μεῖς Christiani ex Judaeis conversi intelligendi sint, an — quae sententia a Hilgenfeldio defenditur (Hilg. Apost. Väter pag. 32 sq.) — Ethnico-Christiani.

Auctor monita divina ad Christianos dicta et monitiones ad Judaeos iustituendos enuntiatas *vicissim* referens quae de abrogatione institutorum judaicorum *universorum* monita esse ei videbantur, ad docendos Christianos dicta esse primum constituit: cap. II, 4 et 5: Πεφανέρωκεν γὰρ ἡ μῆν διὰ πάντων τῶν προφητῶν, ὅτι οὔτε θυσιῶν οὔτε ὀλοκαυτωμάτων οὔτε προσφορῶν χερήσει, λέγων ὅτι μέν. (ita pro: ὅτε μέν legendum esse conjicio; ad hoc: λέγων ὅτι μέν (sc. ad Christianos) respondet v. 7: λέγει δὲ πάλιν πρὸς αὐτοὺς (sc. ad Judaeos); ὅτι loco signi interpunctionis, int. lat.: haec dicens) Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει κύριος . . . τις γὰρ ἔξεγήτησεν ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν μου τὴν αὐλὴν οὐ προσθήσεσθε κ. τ. λ. Quum haec praecepta *sibi et lectoribus* data esse (πεφανέρωκεν γὰρ ἡ μῆν) ex verbis divinis ad Judaeos dictis (Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν) disputaverit, nec de Judaeis ullam mentionem in antecedentibus fecerit, apertum est, auctorem lectoresque olim in numero eorum fuisse, quos dominus in verbis citatis: Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν κ. τ. λ. alloquutus erat, scilicet Judaeorum. Haec sententia versione veteris interpretis latini confirmatur. Is enim, sive in codice suo legit: ὅτι οὔτε θυσιῶν οὔτε ὀλοκαυτωμάτων οὔτε προσφορῶν ἡ μῶν χερήσει, sive suam ipsius interpretationem versioni intulit, vertit: „Adaperuit enim nobis per omnes prophetas, quia (ὅτι) non utitur *nostris* hostiis, neque victimis neque oblationibus etc.; hinc igitur appareat, eum verba: πεφανέρωκεν . . . ὅτι οὔτε θυσιῶν οὔτε ὀλοκαυτωμάτων οὔτε προσφορῶν χερήσει non universe dicta, sed ad epistolae scriptorem et lectores referenda esse putasse. Ergo auctor hoc loco disputavit, sacra Judaeorum a se ipso et lectoribus quoque tum quūm essent Judaei facta non placuisse Deo. (Noli etiam praetermittere verba: πατεῖν μου τὴν αὐλὴν οὐ προσθήσεσθε: calcare aulam meam non *pergetis*; quod monitum, ne pergerent Judaei Dei aulam calcare, ut auctor ex loco Jes. I, 12 expromeret, verba: בְּזַמִּינֵיכֶם לֹא, quae in nostro textu hebraico sequenti versui praeposita sunt, ad antecedentia adjunxit).

Haec sententia insequentibus bene confirmatur. Quum enim auctor Judaeorum modum sacra faciendi plenum erroris esse ex Jer. VII, 22 et 23 et Zach. VIII, 17 demonstraverit, disputatus, qualia sacra ut facerent Christiani admoniti sint, haec affert: cap. II, 9 et 10: αἰσθάνεσθαι οὖν ὄφειλομεν, μὴ ὅντες ἀσύνετοι, τὴν γνώμην τῆς ἀγαθοσύνης τοῦ πατρὸς ἡμῶν ὅτι ἡ μῆν λέγει, θέλων ἡ μᾶς ὁμοίως πλανωμένους ἐκεῖνοις ζητεῖν, πῶς προσάγωμεν αὐτῷ. ἡ μῆν οὖν οὕτως λέγει. Θυσία τῷ θεῷ καρδία συντεριμμένη κ. τ. λ.: intelligere ergo debemus, quum non simus sine intellectu, con-

silium benignitatis patris nostri (i. e. quae hanc in rem benignus pater noster constituit); nam nobis dicit — nobis sc. volens nos, qui Judaeis similiter (sc. hac in re i. e. in ratione Deo sacra faciendi; non universe de quolibet Judaeorum errore hoc loco disputatur ut interpretibus videtur vid. Hefele: Patr. apost. opp.: „Nos in Judaeorum errores delapsos“; Müller: cap. II, §. 9) errabamus, quaerere, quemadmodum ad eum accedamus (sc. ad sacra facienda, nos: wie wir vor ihn treten sollen (conferatur cap. I, 7: *προσάγειν τῷ βωμῷ αὐτοῦ*) sc. mit Opfern, non: quomodo ad Deum accedere *possimus* i. e. quomodo salvari possimus (wie wir zu ihm kommen, selig werden, können) ita Hefele, nos salvare cupiens) — nobis dicit (verbis: *ἡμῖν οὖν οὐτως λέγει* repetit illud: *ὅτι ἡμῖν λέγει*): Sacrificium Deo placitum est cor contribulatum etc. Assentior Hilgenfeldio, repudiata lectione codicis sinaitici: *Θέλων ἡμᾶς μὴ ὄμοιως πλανωμένους* legendum esse duce vetere interprete (qui vertit: volens nos similiter errantes): *Θέλων ἡμᾶς ὄμοιως πλανωμένους*. Nam auctorem noluisse dicere, Deum voluntatem suam Christianis aperuisse, quia (zur Belohnung dafür dass) non similiter Judaeis erravissent, ex verbis: *Θέλων ἡμᾶς . . . ζητεῖν, πῶς προσάγωμεν αὐτῷ* perspicuum est; nescio enim, quomodo Deus dici potuerit, se eos qui *non errarent*, quaerere, quemadmodum ad ipsum accederent; qua alia causa motus Deus lectores quaerere videri potuit, nisi ea, ut *errantes doceret* (*Θέλων ἡμᾶς . . . πλανωμένους . . . ζητεῖν*); „*μή*“ quispiam adjecisse videtur, cui respicienti interjectam partem epistolae auctor et lectores non similiter Judaeis errasse videbantur (conferatur infra). Etiamsi vero lectio codicis sinaitici a Volkmaro, Weizsäckero, Müllero approbata magis placeat, ex ea nullum argumentum contra nostram sententiam petitur, quippe quae verba non minus bene ad Judaeo-Christianos referri possint, quam ad Ethnico-Christianos (Müller pag. 82: Dressel (patrum apost. opera Lips. 1857, edit. altera Lips. 1863 praef. X) bezieht diese und andere Stellen auf Heidenchristen aus den Proselyten. Allein sie können eben so gut auf Judenchristen gehen).

Simillima ratione auctor se et lectores antea eidem cui Judaei etiam tunc errori deditos fuisse, in cap. XIV, 4—9 indicavit. Hoc loco, ex quo apertissimum esse Hilgenfeldio videtur, auctorem et lectores ante conversionem ad religionem christianam Ethnicos fuisse, tantum abest, ut nostra sententia refutetur, ut bene firmetur. Hilgenfeldius argumentatus est: Apost. Väter pag. 33: „Die Vorstellung eines heidenchristlichen Verfassers und heidenchristlicher Leser ergiebt sich auch aus cap. 14. Der Verfasser giebt hier, um zu zeigen, wie die Christen das göttliche Bündniss erhielten, welches die Juden nicht wirklich bekamen, den Zweck der Erscheinung Christi so an, dass Jene (die Juden) in ihren Sünden vollendet werden, „wir“ aber das Bündniss Jesu ererben sollten. Unterscheidet er sich schon hierdurch von den Juden, so stellt er sich noch entschiedener auf die Seite der

Nicht-Juden, indem er über Jesus die weitere Bestimmung hinzufügt v. 5: ὅς εἰς τοῦτο ἡτοιμάσθη, ἵνα αὐτὸς φανεῖς τὰς ἥδη δεδαπανημένας ἡμῶν χαρδίας τῷ θανάτῳ καὶ παραδεδομένας τῇ τῆς πλάνης ἀνομίᾳ λυτρωσάμενος ἐκ τοῦ σκότους, διάθηται ἐν ἡμῖν διαθήκην λόγῳ. Lässt sich hier noch die Voraussetzung eines judenchristlichen Verfassers und judenchristlicher Leser festhalten, da doch ihr vorchristlicher Zustand geistigen Todes und geistiger Finsterniss von dem der Juden deutlich unterschieden wird, wenn der Gebrauch der ersten Person (ἡμεῖς, ἡμῶν u. s. w.) im Gegensatz zu „Jenen“ irgend eine Bedeutung haben soll? Es handelt sich ja gar nicht um einen erst durch die Annahme des Christenthums zwischen Juden und Christen eingeführten Unterschied, sondern um einen solchen, welcher dem Verhältniss zum Christenthum vorhergeht etc. Quae res quomodo se habeat ut constituamus contextum nostri loci perspiciamus.

Ineunte capite XIIII disputaturum se esse auctor iudicavit, utrum hic populus haeres sit, an prior et utrum testamentum ad nos an ad illos pertineat: cap. XIIII, 1: "Ιδωμεν οὖν, εἰ οὗτος ὁ λαὸς κληρονομεῖ ἢ ὁ πρῶτος, καὶ εἰ ἡ διαθήκη εἰς ἡμᾶς ἢ εἰς ἔκεινους. Neque unquam dubium est hoc loco, quin verbis: οὗτος ὁ λαός et ἡμᾶς populus Christianorum (non: Ethnici), et verbis: ὁ πρῶτος (sc. λαός) et ἔκεινους populus Judaeorum significetur; etenim, auctorem voluisse planum facere, quae de testamenti haerede scripta essent, ea non de populo judaico, sed typice de Christianis scripta esse, ex insequenti argumentatione elucet: v. 2: δύο ἔθνη ἐν τῇ γαστρὶ σου (sc. populus Judaeorum et Christianorum) . . . καὶ λαὸς λαοῦ ὑπερέξει, καὶ ὁ μεῖζων (i. e. major natu, populus judaicus) δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι (minori natu, populo Christianorum). v. 3: αἱσθάνεσθαι ὀφείλετε . . . ἐπὶ τίνων δέδειχεν, ὅτι μεῖζων ὁ λαὸς οὗτος ἢ ἔκεινος κ. τ. λ. v. 5: ὁ μεῖζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι καὶ οὗτος (populus Christianorum) εὐλογηθήσεται, βλέπετε ἐπὶ τίνων τεθεικεν τὸν λαὸν τοῦτον εἶναι πρῶτον καὶ τῆς διαθήκης κληρονόμον (sc. de Christianis). Ita quum Christianos testamenti haeredes typice praemonstratos esse capite XIIII. explicasset, objici posse sibi videbatur, Judaeis Dominum testamentum se daturum esse juravisse et objicientibus argumentis ex typo confractarum Mosis tabularum petitis demonstravit cap. XIV, 1—3: Judaeos testamentum a Domino datum non accepisse, ergo Judaeos populum haereditatis non esse. In versu 4. disputaturum se esse dicit, quomodo Christiani hoc testamentum acceperint: Μωϋσῆς μὲν ἐλαβεν, αὐτὸν δὲ (Judaei) οὐκ ἔγενοντο ἄξιοι. πῶς δὲ ἡμεῖς (Christiani) ἐλάβωμεν μάθετε. Ad hanc rem respondit: Nos Christiani testamenti haeredes facti sumus eo quod Dominus Jesus Christus in terris apparens et nostra causa patiens nos, quorum praecordia jam (sc. sicut praecordia Judaeorum etiam tunc) a morte assumta et iniuriali erroris tradita erant, redemit e tenebris et disposuit in nobis testamentum suo verbo. Ad hoc enim a Deo ablegatus est, ut nos redimeret a tenebris et sanctum — qua virtute praeditus

populus judaicus non est — sibi pararet populum. Apparuit ergo, ut tum ἐκεῖνοι — sc. ii, qui religioni judaicae adhaerentes in errore et tenebris perseveraverunt — in peccatis consummarentur, tum ἡμεῖς — sc. ii, qui per eum a morte et tenebris redempti sumus — haeredes fieremus et testamentum accipieremus: cap. XIV, 4^b sq.: *Μωϋσῆς θεράπων ὃν ἔλαβεν, αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῶν* (nobis, qui nunc Christiani sumus; non: nobis qui sumus ex Ethnicis) ἔδωκεν εἰς λαὸν κληρονομίας, δι' ἡμᾶς ὑπομείνας. ἐφανερώθη δέ, ἵνα κάκεῖνοι τελειωθῶσι τοῖς ἀμαρτήμασιν, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ κληρονομοῦντες διαθήκην κυρίου Ἰησοῦ λάβωμεν, ὃς εἰς τοῦτο ἡτοιμάσθη, ἵνα αὐτὸς φανεῖς τὰς ἥδη (animadvertisas vocem: ἥδη i. e. nos, qui et ipsi errori Judaeorum dediti (*καρδίας ἡμῶν παραδεδόμενας τῇ τῆς πλάνης ἀνομίᾳ*. conferatur cap. IV, 1) a morte iam assumti eramus) δεδαπανημένας ἡμῶν καρδίας τῷ θανάτῳ καὶ παραδεδομένας τῇ τῆς πλάνης ἀνομίᾳ λυτρωσάμενος ἐκ τοῦ σκότους, διάθηται ἐν ἡμῶν (sc. in nobis conversis et redemptis, non: in nobis Ethnici) διαθήκην λόγῳ (lego cum cod. sinait. et text. vulg.: λόγῳ; verbum Domini oppositum est scriptae legi mosaicae conferatur. v. 2: καὶ ἔλαβεν (sc. Μωϋσῆς) παρὰ κυρίου τὰς δύο πλάκας τὰς γεγραμμένας κ. τ. λ. cap. II, 6: ταῦτα οὖν κατήργησεν, ἵνα ὁ καινὸς νόμος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἄνευ ζυγοῦ ἀνάγκης ὃν, μὴ ἀνθρωποποιήτον ἔχῃ τὴν προσφοράν; lectio veteris interpretis latini: „testamentum servorum suorum“, quam sequens Hilg. διαθήκη λαοῦ legit, corrupta est; interpres latinus pro signo *I* vocis „ΛΟΓΩΙ“ (λόγῳ) legisse videtur *N* (λόγων) et vertisse: „sermonum suorum“; hoc ab amanuensi aliquo corruptum est in: servorum suorum cf. Hilg.: Nov. Test. extra can. rec. fasc. I pag. XII). Itaque voce „ἐκεῖνοι“ significantur *non conversi* et in peccatis consummati, voce „ἡμεῖς“ *conversi* et a peccatis redempti. Quum hi redempti esse dicantur ab illorum errore, — conferas cap. XIV, 5: ὃς εἰς τοῦτο ἡτοιμάσθη, ἵνα αὐτὸς φανεῖς τὰς ἥδη δεδαπανημένας ἡμῶν καρδίας τῷ θανάτῳ καὶ παραδεδομένας τῇ τῆς πλάνης ἀνομίᾳ λυτρωσάμενος ἐκ τοῦ σκότους (dicitur non de Ethnicorum impie-tatis tenebris, id quod Müllero placet (pag. 299), sed sicut Colos. I, 13: ὃς ἐργάσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους κ. τ. λ. cf. v. 12. de erroribus Judaeorum) διάθηται ἐν ἡμῶν διαθήκην λόγῳ cum cap. II, 9: Θελων ἡμᾶς ὅμοιως πλανωμένους ἐκεῖνοις ξητεῖν, πῶς προσάγωμεν αὐτῷ (coll. cap. XVI, 1: πλανώμενοι οἱ ταλαιπωροι et cap. IV, 1) et cum cap. XIV, 7: λέγει οὖν ὁ προφήτης Ἐγὼ κύριος ὁ θεός σου ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ ἀνοῖξα ὁφθαλμοὺς τυφλῶν καὶ ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει (ad hanc extremi potissimum loci citati partem sine dubio de populo judaico dictam spectasse mihi videtur auctor verbis insequentibus: γινώσκετε οὖν, πόθεν ἐλυτρώθημεν cf. v. 6) — apertissimum est, ut illos ita hos quoque ex populo Judaeorum fuisse. Oppositi ergo sunt inter se ὁ λαός (cap. XIV, 1: τῷ λαῷ v. 2: πρὸς τὸν λαὸν v. 3: ὁ λαός σου conferatur cap. XIII, 1 sq.) ὁ πλανώμενος (cap. II, 9: ἡμᾶς ὅμοιως πλανωμένους

ἐκείνοις. cap. XVI, 1: πλανώμενοι οἱ ταλαιπωροι) ὁ ἐν σκότει καθήμενος (cap. XIV, 7: καθημένους ἐν σκότει) i. e. ὁ λαὸς Ἰσραὴλ (cap. XVI, 5) atque rursus ὁ λαὸς ὁ ἐκ τοῦ σκότους λυτρωθεὶς (cap. XIV, 5: ἡμῶν καρδίας . . . λυτρωσάμενος ἐκ τοῦ σκότους. v. 6: λυτρωσάμενον ἐκ τοῦ σκότους ἐτοιμάσαι ἑαυτῷ λαὸν ἄγιον. v. 7: λέγει οὖν ὁ πυροφήτης. Ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ἐκάλεσά σε . . . ἔξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους καὶ ἔξ οἰκοῦ φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. γινώσκετε οὖν, πότεν ἐλυτρώθη μεν) ὁ λαός, ὃν ἡτοιμασεν (ὅ μακρόθυμος Θεός) ἐν τῷ ἡγαπημένῳ sc. ὑψῷ αὐτοῦ (cap. III, 6: ὁ μακρόθυμος προβλέψας, ως ἐν ἀκεραιοσύνῃ πιστεύσει ὁ λαός, ὃν ἡτοιμασεν ἐν τῷ ἡγαπημένῳ αὐτοῦ, προεφανέρωσεν ἡμῖν περὶ πάντων κ. τ. λ.) ὁ λαὸς ἄγιος (cap. XIV, 6: γέγραπται γάρ, πῶς αὐτῷ ὁ πατὴρ ἐντέλλεται, λυτρωσάμενον ἡμᾶς ἐκ τοῦ σκότους ἐτοιμάσαι ἑαυτῷ λαὸν ἄγιον) ὁ λαὸς κληρονομίας (cap. XIV, 4: αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῖν ἔδωκεν εἰς λαὸν κληρονομίας. Animadvertis, Judaeos in sola genuina epistolae parte voce: „ὁ λαὸς“ notatos esse; conferatur infra). Hujus Christianorum populi qui animadvertisit quomodo auctor originem ab illius [Judeorum] populi patribus: Abrahamo, Isaacco, Jacobo traxerit: cap. XIII (conferatur potissimum v. 2: διὸ ἔθνη ἐν τῇ γαστρὶ σου κ. τ. λ.) et natu majori populo natu minorem opposuerit (v. 2 et 5: ὁ μεῖζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι) eo consilio, ut majorem hunc fore et priorem demonstraret (v. 3: αἰσθάνεσθαι ὀφείλετε . . . ἐπὶ τίνων δέδειχεν, ὅτι μεῖζων ὁ λαὸς οὗτος ἢ ἐκεῖνος κ. τ. λ. v. 6: βλέπετε, ἐπὶ τίνων τέθεικεν τὸν λαὸν τοῦτον εἶναι πρῶτον καὶ τῆς διαθήκης κληρονόμον, coll. v. 1) dubitare non potest, quin auctor ex illo populo ortus principatu hujus cognito (cap. XIV, 4: Μωϋσῆς θεράπων ὅν ἔλαβεν, αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῖν ἔδωκεν εἰς λαὸν κληρονομίας, δι' ἡμᾶς ὑπομείνας), hunc benedictum esse populum (cap. XIII, 5: ὁ μεῖζων (major natu) δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι, καὶ οὗτος (conferatur v. 1) εὐλογηθήσεται), hunc testamenti haeredem (cap. XIII, 6: τὸν λαὸν τοῦτον . . . τῆς διαθήκης κληρονόμον) confisus, ab illo ad hunc se converterit et hominem salvum fieri non posse nisi per Dominum Jesum Christum sincera confidentia misericordis Dei credens (cap. III, 6: εἰς τοῦτο οὖν, ἀδελφοί, ὁ μακρόθυμος προβλέψας, ως ἐν ἀκεραιοσύνῃ πιστεύσει ὁ λαός, ὃν ἡτοιμασεν ἐν τῷ ἡγαπημένῳ αὐτοῦ, προεφανέρωσεν ἡμῖν περὶ πάντων κ. τ. λ.) in fide sua consummatam se habere scientiam existimaverit (cap. XIII, 7: εἰ οὖν ἔτι καὶ διὰ τοῦ Ἀβραὰμ ἐμνήσθη, ἀπέχομεν τὸ τέλειον τῆς γνώσεως ἡμῶν. conferatur cap. I, 5: ἐσπουδασα κατὰ μικρὸν ὑμῖν πέμπειν, ἵνα μετὰ τῆς πιστεως ὑμῶν τελεῖαν ἔχητε καὶ τὴν γνῶσιν), quum cognovisset, Abrahamum fidentia Dei justificatum patrem esse nationum in praeputio — i. e. neglecta circumcisione — *Deo confidentium* i. e. Christianorum (oppositus est his populus judaicus adhibita circumcisione Deo credens fratusque): cap. XIII, 7: τι οὖν λέγει τῷ Ἀβραάμ, ὅτε μόνος πιστεύσας ἐτέθη εἰς δικαιοσύνην; Ἰδοὺ τέθεικά σε, Ἀβραάμ, πατέρα ἐθνῶν τῶν πιστεύοντων δι' ἀκροβυστίας (non: creditum ex Ethnicis, nam non legitur: ἐξ ἀκροβυστίας; sed: creditum praeputio, nos: der durch die Vorhaut d. h. ohne sich beschneiden zu

lassen, gläubigen Völker) τῷ Θεῷ (ita cum cod. sinait; text vulg. et vet. interp.: τῷ κυρίῳ) cf. Röm. IV, 9 sq.: λέγομεν γὰρ ὅτι ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην (coll. v. 2—6). . . . εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστεύοντων δι' ἀκροβυστίας κ. τ. λ. (cf. v. 13 cum Barb. XIII, 6). Itaque quum filii Abrahami esse ei viderentur ex omnibus gentibus (conferatur cap. XIV, 7—9 et infra) ii, qui per Dominum Jesum Christum ab erroribus et peccatis redempti (cap. XIV, 5 et 6), in Domino sanctificati (cap. III, 6; cap. XIV, 6; cap. XV, 7; cap. XVI, 8 sq.) sincere Deo confidendo (cap. III, 6: ὡς ἐν ἀκεραιοσύνῃ πιστεύει ὁ λαός) justificantur (cap. XIV, 7: μόνος πιστεύσας (ὁ Ἀβραάμ) ἐτέθη εἰς δικαιοσύνην), et Deo confidere ei appareret non Judaeos, quippe qui operibus legis, observatione quarundam institutionum ex sua ipsorum vi justificari studerent (cf. cap. III, 6: ἵνα μὴ προσρησσώμεθα ὡς ἐπήλυτοι τῷ ἐκεῖνων νόμῳ) et more ab ethnico haud multum discrepante Deum venerantes (cap. XVI, 2: σχεδὸν γὰρ ὡς τὰ ἔθνη ἀφιέρωσαν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ) agitarent, quae Deo improbarentur (cap. II, 4: πεφανέρωκεν γὰρ ἡμῖν διὰ πάντων τῶν προφητῶν, ὅτι οὔτε θυσιῶν οὔτε ὄλοκαντωμάτων οὔτε προσφορῶν χρῆζει κ. τ. λ.), auctor ad tempus respiciens, ubi ipse quoque lectoresque ratione judaica Deum venerati essent, de se lectoribusque dicere potuit: praecordia sua iniquitati erroris tradita et a morte jam assumta fuisse, atque: se tum Deo non confisos esse. Ad hoc tempus auctorem respicientem videmus: cap. II, 9 et cap. XIV, 5. De eodem tempore loquentem eum reperimus: cap. XVI, 7.

Hoc capite XVI. postquam auctor ex everso templo hierosolymitano argumentatus est, Judaeorum rationem venerandi Deum in templo manibus facto non probatum fuisse Deo, placere ei Christianorum rationem eum colendi in templo humani cordis in Domino Iesu Christo aedificato, lectores admonuit illius temporis, ubi et ipsi ratione ab ethnica haud multo diversa Deum in templo manibus aedificato venerantes sicut Judaei aedificio templi confisi essent, non ipsi Deo. Nam verbis cap. XVI, 7: πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεύσαι τῷ Θεῷ ἦν ἡμῶν τὸ κατοικητήριον τῆς καρδίας φθαρτὸν καὶ ἀσθενές, ὡς ἀληθῶς οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρός· ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας καὶ ἦν οἶκος δαιμονίων διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα ἦν ἐναντία τῷ Θεῷ auctorem respexisse ad eos, qui ante conversionem ad religionem christianam cultui templi hierosolymitani servientes a vera Dei fiducia remoti fuissent, minime — id quod Schenkelio (Theol. Stud. 1837. III. pag. 668), Hilgenfeldio (Apost. Väter pag. 32 sq.), Müllero (pag. 329) probatum est — ad Ethnico-Christianos ante conversionem ad religionem christianam a fide unius Dei aversos, ex contextu sententiarum plane perspicuum est. Nam auctor explicaturus, Deum se cultum velle non in quovis templo manibus facto, sed in templo humani cordis, non argumentatur: ea praecordia esse vera templa, in quibus unus Deus, non plures Dii colantur: quod si ita esset, etiam Judaeorum praecordia vera templa Dei dici potuissent; sed disputat:

ea unum Deum colentium praecordia esse vera Dei templa, quae in nomine Domini aedificata sint. Ergo non opposuit cultores *Dei* (Judeos et Christianos) cultoribus *Deorum* (Ethnicis), sed opposuit *Dei* cultorum eos, qui in quovis aedificio spem ponentes (cap. XVI, 1: lectionem mendosam hujus loci ita corrigendam esse opinor: *"Ετι καὶ περὶ τοῦ ναοῦ ἐρῶ ὑμῖν, πῶς πλανώμενοι οἱ ταλαπωροὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν* (sc. Θεοῦ, text. vulg. male: *ἐπὶ τὴν ὁδὸν*) *ἥλπισαν καὶ οὐχ ἐπὶ τὸν Θεὸν αὐτῶν τὸν ποιῆσαντα αὐτὸν* (sc. ναόν. αὐτὸν pro codd. *αὐτὸν* legendum esse conjicio) *ὡς ὅντα οἶκον Θεοῦ* (text. vulg. male: *ἄλλ' ὡς*) sensus: Judaei errantes spem habuerunt in aedificio *Dei*, non in Deo ipso, qui templum fecit, ut esset domus *Dei*) et Deum in hoc aedificio eodem fere modo atque Ethnici venerantes (cap. XVI, 2: *σχεδὸν γὰρ ὡς τὰ ἔθνη ἀφιέρωσαν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ* in praecordiis suis non cultum *Dei* sed, quum agitarent quaecunque Deo contraria erant, cultum idolorum egerint (cap. XVI, 7: *πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ τὴν ἡμῶν τὸ κατοικητήριον τῆς καρδίας . . . οἶκος δαιμονίων διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα τὴν ἐναντία τῷ Θεῷ*) — hi sunt Judei —, Dei cultoribus iis, qui, quum in Domino Jesu Christo spem habentes, per Dominum redempti, in Domino renovati iterumque ab integro creati, in praecordiis suis, quippe in quibus vera fides *Dei* habitaret, vere Deum colerent, Deo confidentes merito dici potuerint (cap. XVI, 8 et 9: *οἰκοδομηθήσεται δὲ* (sc. ναός) *ἐπὶ τῷ ὄνόματι κυρίου. προσέχετε, ἵνα ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐνδόξως οἰκοδομηθῇ. πῶς; μάθετε· λαβόντες τὴν ἄφεσιν τῶν ἀμαρτιῶν καὶ ἐλπίσαντες ἐπὶ τὸ ὄνομα κυρίου ἐγενόμεθα κανοί, πάλιν ἐξ ἀρχῆς κτιζόμενοι, διὸ ἐν τῷ κατοικητήριῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ Θεὸς κατοικεῖ ἐν ἡμῖν. πῶς; ὁ λόγος αὐτοῦ τῆς πίστεως, ἡ κλῆσις αὐτοῦ τῆς ἐπαγγελίας, ἡ σοφία τῶν δικαιωμάτων, αἱ ἐντολαὶ τῆς διδαχῆς, αὐτὸς ἐν ἡμῖν προφητεύων, αὐτὸς ἐν ἡμῖν κατοικῶν κ. τ. λ. conferatur v. 10: *τοντ' ἔστιν πνευματικὸς ναὸς οἰκοδομούμενος τῷ κυρίῳ.*) Itaque quum auctor *ineunte capite XVI.* disputaturum se esse indicaverit, templum hierosolymitanum abrogatum esse, quia Judei in eo non cultum *Dei* egissent, sed cultum quendam idolorum (cap. XVI, 1 et 2: *"Ετι καὶ περὶ τοῦ ναοῦ ἐρῶ ὑμῖν . . . πῶς λέγει κύριος καταργῶν αὐτὸν; μάθετε κ. τ. λ.)* verbis cap. XVI, 7: *ἡν ἡμῶν τὸ κατοικητήριον τῆς καρδίας φθαρτόν ἡν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας καὶ ἡν οἶκος δαιμονίων ad nihil alidu respexisse potest nisi ad hunc *Judeorum Dei cultum* Deo non gratum — ipse enim haec verba ita interpretatus est: *διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα τὴν ἐναντία τῷ Θεῷ* —, ita ut verba antecedentia: *πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ* dicta esse non possint, nisi — opposita huic *Judeorum* in suis ipsorum operibus fiduciae (cf. cap. XVI, 1: *πῶς πλανώμενοι οἱ ταλαπωροὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν ἥλπισαν κ. τ. λ.)* — *de fide Christianorum in misericorde Deo posita* (conferatur cap. III, 6: *ὁ μακρόθυμος* (sc. Θεὸς) *προβλέψας, ὡς ἐν ἀκεραιοσύῃ πιστεύσει ὁ λαός* (sc. εἰς τὴν μακροθυμίαν αὐτοῦ) κ. τ. λ.); quo similimo modo saepius in canone novi testamenti *Judeorum fiduciae operum legis opposita est Christianorum fiducia in misericorde***

Deo. (conferatur ep. ad Rom. cap. IV, 5: *τῷ δὲ μὴ ἔργαζομένῳ, πιστευοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα* (sc. θεόν vid. v. 6; coll. v. 2—4. 9—13. 16—18. 22—25) cum ep. Barn. cap. XIII, 7: *Tί οὖν λέγεις τῷ Ἀβραὰμ ὅτε μόνος πιστεύσας ἐτέθη εἰς δικαιοσύνην; Ἰδοὺ τεθεικά σε, Ἀβραὰμ, πατέρα ἐθνῶν τῶν πιστεύοντων δέ ἀκροβυστίας τῷ θεῷ* (i. e. eorum, qui neglecta circumcisione, neglectis operibus legis confidunt Deo misericorde); conferatur etiam ep. ad Hebr. cap. VI, 1: *μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετανοεῖς ἀπὸ νεκρῶν ἔργων καὶ πιστεώς ἐπὶ θεόν* ep. ad. Tit. cap. III, 8: *ἴνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι οἱ πεπιστευκότες τῷ θεῷ I* ep. Petr. cap. I, 21: *τοὺς δι' αὐτοῖς πιστεύοντας εἰς θεὸν κ. τ. λ.* ep. ad Rom cap. IV, 24: *δι' ἡμᾶς, οἵς μελλεις λογίζεσθαι τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἔγειραντα Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν*). Minime ergo probanda, quae hac de re Hilgenfeldius disputavit: Apost. Väter pag. 32 sq.: Schenkel hat ganz richtig erkannt, und durch diese Entdeckung seine Interpolations-Hypothese wieder gut gemacht, dass die angebliche Ueberarbeitung einen heidenchristlichen Verfasser und heidenchristliche Leser verrathe. Die Gegner der Interpolations-Hypothese haben diese Entdeckung mit Unrecht zurückgewiesen. Die Hauptstelle ist cap. 16: *Πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ θεῷ* etc. Wie kann ein geborner Jude so sprechen, als hätte er jemals nicht an Gott geglaubt? [*πιστ. τῷ θεῷ* = confidere Deo; nos: das Vertrauen setzen auf Gott den Barmherzigen.] Man bedenke nur, dass sogar die Proselyten des Thors als *σεβόμενοι τὸν θεόν* bezeichnet zu werden pflegten, die sich noch gar nicht zur Beachtung des ganzen Gesetzes verpflichteten. Um so weniger ist es begreiflich, dass der Verfasser sich selbst und seine Leser, wenn sie gar geborne Juden waren, wie man gewöhnlich annimmt, als Solche bezeichnen kann, welche vor der Annahme des christlichen Glaubens noch nicht an Gott glaubten, ja wie er von seinem und ihrem christlichen Zustande sagen kann, ihr Herz sei voll von Götzendienst gewesen [animadvertis verba: *διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα ἦν ἐναντία τῷ θεῷ* conferatur v. 1: *πλανώμενοι οἱ ταλαιπωροὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν ἥλπισαν καὶ οὐκ ἐπὶ τὸν θεὸν αὐτῶν* cf. v. 2: *σχεδὸν γὰρ ὡς τὰ ἔθνη ἀφιέρωσαν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ*] etc. Freilich stellt der Verfasser hier dem sichtbaren und vergänglichen Tempel der Juden den geistigen Tempel der Christenheit gegenüber, und freilich vergleicht er seinen und seiner Leser vorchristlichen Zustand mit einem durch Hände gemachten Tempel. Aber wer sagt uns denn, dass der *οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρός*, welchem „unser“ vorchristlicher Zustand glich, auf den Tempel der Juden hinweist? [hoc dicit cap. XVI, 1: *"Ἐτι καὶ περὶ τοῦ ναοῦ* (sc. de templo judaico) *ἔρω ὑμῖν κ. τ. λ.* v. 2: *σχεδὸν γὰρ ὡς τὰ ἔθνη ἀφιέρωσαν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ. ἀλλὰ πῶς λέγεις κύριος καταργῶν αὐτόν;* κ. τ. λ. de Ethnicis et templo ethnico ne umquam mentio quidem fit, nisi quo loco Judaei Deum *similiter Ethnicis* in templo suo venerati esse dicuntur] etc. Gerade den Tempelcultus sieht

unser Verfasser als das Heidnische an der jüdischen Religion an [ita est!], wie er zu Anfang von cap. 16 sagt, dass die Juden Gott in ihrem Tempel fast auf heidnische Weise verehrten. Gleichwohl erkennt er immer noch den monotheistischen Charakter des jüdischen Tempelcultus an etc. etc.

Auctor quomodo in unoquoque antecedente capite Judaeos et Christianos opponens (vid. cap. II. III. XIII. XIV. XV) argumentari solitus est primum, qua ratione Judaeis usitata Deus coli nollet, tum qua Christianorum ratione cultum se vellet (vid. cap. II. III. XV.), eodem modo hoc XVI. quoque capite Dei cultum Judaeorum cultui Christianorum opponens ex everso templo hierosolymitano argumentatus est, Judaeorum templi cultum abrogatum (cap. XVI, 2: ἀλλὰ πῶς λέγει κύριος καταργῶν αὐτὸν οὐ. τ. λ.) et in ejus locum spiritualem Christianorum Deum colendi rationem positam esse; qua argumentatione lectoribus, qui et ipsi olim ritibus judaicis functi erant, persuaderet, spiritualem ipsorum cultum Dei esse veram et Deo acceptam Dei venerationem. Itaque auctor, quum religiones judaicas non jam valere disputans salutem in Christo datam gentes omnes neglecta circumcisione Deo confidentes adipisci cum apostolo Paulo probaverit (cf. ep. Barn. cap. XIII, 7 cum ep. ad Rom. cap. IV, 11; et ep. Barn. cap. XIV, 8. coll. v. 7 cum Act. cap. XIII, 46 et 47. coll. Luc. cap. II, 32), atque haereditatem patribus promissam verumque Domini testamentum assequutos esse non qui secundum carnem filii Abrahami essent: Judaeos, sed qui ex fide Abrahami proles essent: Christianos, et ipsum cum Paulo comprobaverit (cf. ep. Barn. cap. XIII, 1 sq. v. 6 et 7 cum ep. ad Rom. cap. IV, 11—13. 16; cap. IX, 7 et 8 (coll. ep. Barn. cap. XIII, 2 et 3 cum ep. ad Rom. cap. IX, 10—12) et ep. ad Gal. cap. III, 6—9. 22 et 29; cf. ep. Barn. cap. XIV, 1—4 cum ep. ad Gal. cap. IV, 21—31), religionem judaicam institutum salutis fuisse usque ad praestantius et praestantissimum religionis christianaee institutum salutis ratum confessus est (cf. cap. II, 6). Oppugnavit Judaeorum eos, qui religionis judaicae abrogationem negantes in pristica ipsorum Deum colendi ratione perseveraverunt; tantum vero abest, ut ipsi populo judaico infestus sit, ut eum ejus propter errores miserat (cap. XVI, 1: πλανώμενοι οἱ ταλαιπωροι cf. cap. IV, 14).

His argumentis nobis persuasum est, eam quam genuinam ducimus Barnabae epistolae partem a viro christiano ex Judaeis converso ad lectores et ipsos Judaeo-Christianos compositam esse. Inquiramus nunc, quomodo hanc in rem ea quam interjectam ducimus epistolae pars: capp. V—XII ab hac genuina abhorreat. Genuinam partem constituto argumento et constituta argumentandi ratione contineri cognitum habemus. Quo alio argumento quaque argumentatione ab illa discrepante interjecta pars cohaereat, quaeritur.

Interpolator argumentum suum prima et extrema sua dis-

putatione brevibus ita constituit: cap. V, 1: *Εἰς τοῦτο γὰρ ὑπέμεινεν ὁ κύριος παραδοῖναι τὴν σάρκα εἰς καταφθοράν, ἵνα τῇ ἀφέσει τῶν ἀμαρτιῶν ἀγνισθῶμεν, ὃ ἐστιν ἐν τῷ αἵματι τοῦ δαντίσματος αὐτοῦ.* cap. XII, 10: *Ιδε πάλεν Ἰησοὺς, οὐχ ὁ νιὸς ἀνθρώπου, ἀλλ’ ὁ νιὸς τοῦ Θεοῦ, τύπῳ δὲ ἐν σαρκὶ φανερωθεῖς.* κ. τ. λ. v. 11: *Ιδε πῶς Δαυὶδ λέγει αὐτὸν κύριον, καὶ νιὸν Θεοῦ λέγει.* Id igitur egit, ut Jesum Christum non filium cujusdam hominis, sed Dei filium fuisse planum faceret: cap. V, 9: *τότε ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν εἶναι νιὸν Θεοῦ* v. 11: *οὐκοῦν ὁ νιὸς τοῦ Θεοῦ εἰς τοῦτο ἥλθεν ἐν σαρκὶ κ. τ. λ.* (cf. cap. VI, l. 12. 16) cap. VII, 2: *εἰ οὖν ὁ νιὸς τοῦ Θεοῦ ἔπαθεν, πιστεύσωμεν, ὅτι ὁ νιὸς τοῦ Θεοῦ οὐκ ἥδυνατο παθεῖν εἰ μὴ δι’ ἡμᾶς κ. τ. λ.* v. 9: *ἀληθῶς οὗτος ἦν ὁ τότε λέγων, ἑαυτὸν νιὸν τοῦ Θεοῦ εἶνας.* cap. IX, 2: *καὶ πάλιν τὸ πνεῦμα τοῦ χυρίου προφητεύει. τις ἐστιν ὁ θέλων ζῆσαι εἰς τὸν αἰῶνα; ἀκοῇ ἀκουσάτῳ τῆς φωνῆς τοῦ παιδός μου* (cf. cap. IX, 5) cap. XII, 8: *τι λέγει πάλιν Μωϋσῆς Ἰησοῦ νἱῷ Ναυῆ, ἐπιθεὶς αὐτῷ τοῦτο τὸ ὄνομα ὅντε προφήτη ἵνα μόνον ἀκούσῃ πᾶς ὁ λαός, ὅτε πάντα ὁ πατὴρ φανεροῖ περὶ τοῦ νιοῦ αὐτοῦ κ. τ. λ., atque hoc ita demonstravit, ut, quae huic doctrinae obstare viderentur — sc. Domini incarnationem et passionem —, ea removeret argumentando, ipsius filii I)ei incarnationem et passionem ad homines redimendos, necessarias fuisse: cap. V, 6: *αὐτὸς δὲ ἵνα καταργήσῃ τὸν θάνατον καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν δεῖξῃ ὅτι ἐν σαρκὶ ἔδει αὐτὸν φανερωθῆναι, ὑπέμεινεν κ. τ. λ.* v. 10 sq.: *εἰ γὰρ μὴ ἥλθεν ἐν σαρκὶ, πῶς ἀν ἐσώθησαν οἱ ἀνθρώποι κ. τ. λ. οὐκοῦν ὁ νιὸς τοῦ Θεοῦ εἰς τοῦτο ἥλθεν ἐν σαρκὶ* (coll. v. 11 et 12) v. 13: *αὐτὸς δὲ ἡ θέλησεν οὕτως παθεῖν· ἔδει γὰρ ἵνα ἐπὶ ἔνδον πάθῃ κ. τ. λ.* cap. VI, 7: *ἐν σαρκὶ οὖν αὐτοῦ μέλλοντος φανεροῦσθαι καὶ πάσχειν, προεφανερώθη τὸ πάθος κ. τ. λ.* v. 14: *ὅτι αὐτὸς ἐν σαρκὶ ἔμελλεν φανεροῦσθαι καὶ ἐν ἡμῖν κατοικεῖν.* cap. VII, 2: *πιστεύσωμεν ὅτι ὁ νιὸς τοῦ Θεοῦ οὐκ ἥδυνατο παθεῖν, εἰ μὴ δι’ ἡμᾶς.* v. 3: *ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἀμαρτιῶν ἔμελλεν τὸ σκεῦος τοῦ πνεύματος προσφέρειν θυσίαν.* v. 5: *ἵνα δεῖξῃ ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν ὑπ’ αὐτῶν, πῶς οὖν ἐνετελλατο, προσέχετε.* κ. τ. λ. cap. XII, 2: *λέγει εἰς τὴν καρδίαν Μωϋσέως τὸ πνεῦμα, ἵνα ποιήσῃ τύπον σταυροῦ καὶ τοῦ μέλλοντος πάσχειν* (coll. v. 3) v. 5: *πάλιν Μωϋσῆς ποιεῖ τύπον τοῦ Ιησοῦ, ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν κ. τ. λ.* Copiosam enim eam dissertationem, filio Dei opus fuisse carnem induere et mortem occumbere, scriptorem hanc ob causam dedisse, ut divinam Domini majestatem statu suae humiliationis occultam fuisse probatum redderet (cf. cap. XII, 10), dilucide eo patet, quod Domini sublimitatem ejus humilitati creberrime opposuit eo consilio, ut humilem factum esse summum maximumque Dominum ipsum praedicaret. Quapropter argumentatus est: cap. V, v. 5: *passum esse ipsum Dominum orbis terrarum, cui Deus, antequam mundum condidisset, dixisset: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: εἰς ὁ κύριος ὑπέμεινεν παθεῖν κ. τ. λ.* (animadveritas significationem gravem: *ὑπέμεινεν παθεῖν*). v. 6: *in carne apparuisse eum, qui prophetis donum in ipsum vaticinandi tri-**

buisset. v. 7: eum ipsum in terris degisse hominesque docuisse, qui aliquando judicaturus esset (cf. cap. VII, 2). v. 8 et 9: filium Dei perditissimum quemque hominem maxime dilexisse, atque eo optime, se esse filium Dei, palam fecisse, quod Israelem summe diligenter et apostolos, homines maximis peccatis pollutos ad praedicandum evangelium eligeret; hac enim re Dominum voluisse ostendere, se non venisse vocatum justos, sed peccatores, v. 10: eum in carnem venisse, cujus manuum opus esset sol; necesse fuisse, eum in carne apparere, quod si non carne indutus venisset, homines, qui ne solem quidem aspicere ejusque radios intueri possent, ipsum Dominum intueri non potuissent. Quo consilio scriptor his locis Domini majestatem in statu ejus humilationis latentem praedicavit, eodem aliis locis divinam ejus majestatem in statu ejus exaltationis apertam celebravit: cap. VI, 1 et 2: Ὄτε οὖν ἐποίησεν τὴν ἐντολήν, τι λέγει; Τίς ὁ χριστόμενός μου; ἀντιστήτω μοι· ἦ τις ὁ δικαιόμενός μου; ἐγγισάτω τῷ πατρὶ κυρίου. οὐαὶ ὑμῖν· ὅτι πάντες ὑμεῖς παλαιωθήσεσθε ὡς Ἰμάτιον. καὶ σῆς καταφάγεται ὑμᾶς· cap. VII, 9, ἐπειδὴ ὄψονται αὐτὸν τότε τῇ ἡμέρᾳ, τὸν ποδήρη ἔχοντα τὸν κόκκινον περὶ τὴν σάρκα, καὶ ἐροῦσιν· οὐχ οὗτός ἐστιν, ὃν ποτε ὑμεῖς ἐσταυρώσαμεν ἐξουθενήσαντες καὶ ἐμπιύσαντες, καὶ κατακεντήσαντες; ἀληθῶς οὗτος ἦν ὁ τότε λέγων ἐαυτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι. πῶς γὰρ ὅμοιος ἐκεῖνῳ; cap. XI, 5: βασιλέα μετὰ δόξης ὄψεσθε, καὶ ἡ ψυχὴ ὑμῶν μελετήσει φόβον κυρίου. cap. XII, 7: ἔχεις πάλιν καὶ ἐν τούτοις τὴν δόξαν τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι ἐν αὐτῷ πάντα καὶ εἰς αὐτόν (cf. v. 10 et 11; cap. VIII, 5; cap. IX, 2).

Hoc argumento, quum ex verbis cap. XII, 10: Ιδε πάλιν Ἰησοῦς οὐχ ὁ υἱὸς ἀνθρώπου, ἀλλ' ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τύπῳ δὲ ἐν σαρκὶ φανερωθεῖς. ἐπεὶ οὖν μέλλουσιν λέγειν, ὅτι Χριστὸς υἱὸς Λαυδές ἐστιν, αὐτὸς προφητεύει Λαυδές, φοβούμενος καὶ συνίων τὴν πλάνην τῶν ἀμαρτιῶν· Εἴπεν κύριος τῷ κυρίῳ μου· κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἔως ἂν θῶ, τοὺς ἔχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου κ. τ. λ. appareat, interpolatorem voluisse adversarios oppugnare eos, qui in morte Christi offendentes ejus divinitatem negarent et hanc suam initiationem defenderent contendendo, eum filium esse Davidis, nostra sententia ex interjecta interpolatoris argumentatione: cap. IV, 6: ἔτι δὲ καὶ τοῦτο ἐρωτῶ ὑμᾶς ὡς εἰς ἐξ ὑμῶν ὅν, ίδιως δὲ καὶ πάντας ἀγαπῶν ὑπὲρ τὴν ψυχὴν μου, προσέχειν νῦν ἐαυτοῖς καὶ μὴ ὅμοιοῦσθαι τισιν ἐπισωρεύοντας ταῖς ἀμαρτίαις ὑμῶν λέγοντας ὅτι ἡ διαθήκη ἐκεῖνων καὶ ὑμῶν ἐστιν. ἡμῶν μέν· ἀλλ' ἐκεῖνοι οὕτως εἰς τέλος ἀπώλεσαν αὐτήν, λαβέντιος ἥδη τοῦ Μωϋσέως κ. τ. λ. supra petita ita complenda est, ut interpolatoris consilium scribendi fuisse videatur, ut impugnaret Christianos judaizantes (cf. cap. V, 4: λέγει δὲ ἡ γραφὴ· Οὐκ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτινα πτερωτοῖς· τοῦτο λέγει ὅτι δικαίως ἀπολεῖται ἀνθρώπως, ὃς ἔχων ὄδον δικαιοσύνης γνῶσιν ἐαυτὸν εἰς ὄδὸν σκότους ἀποσυνέχει. bene Hilg.: Apost. Väter pag. 16 infra: Die Anführung dieser Schriftstelle nach den LXX kann sich nicht wohl, wie Hefele meint, auf die Juden beziehen, welche ja die Erkenntniss gar nicht haben, sondern nur auf die Christen,

welche ihre höhere Erkenntniss in jeder Hinsicht durchführen und bewähren sollen; et Müller, pag. 133: Diese Stelle aus Proverb. I, 17 ist hier nicht auf die alten Juden bezogen, sondern auf die Judaisten und diejenigen, die in Gefahr waren, ihnen zu folgen) tales, quales saeculo secundo p. Chr. n. nomine Ebionitarum ecclesiae oppugnandi essent (conf. quod Hefele ad locum cap. XII, 10 bene adjecit: Sendschr. pag. 101: Letzterer (sc. der Verfasser unseres Briefes) hat sichtlich die Judaisten seiner Zeit im Auge, welche auf die Abstammung Jesu von David und auf den Ausdruck „Davids Sohn“ ein besonderes Gewicht legten, um damit ihre Läugnung der Gottheit Christi zu unterstützen. Wer sollte hieran nicht die Ebioniten erkennen? cf. pag. 184). Hoc nomine notantur Judaeo-Christianii ii, qui, quamvis Jesum Messiam a Deo promissum ducerent abrogatum, ut populum judaicum redimeret, tamen Messiam eum putaverint ὄμοιούσιον hominibus non Deo, merum hominem, germanum filium Josephi Mariaeque, progeniem Davidis; atque qui quum Messiam solius populi judaici eum putarent, ab iis, qui ex Ethnicis converterentur, transgressionem in religionem judaicam postulaverint observationemque institutorum judaicorum omnibus Christianis ad salutem necessariam flagitaverint. Hos adversarios oppugnanti interpolatori hae duae eorum sententiae refellendae erant.

Ex his unam refutavit disputans, incarnationem et mortem filii Dei ad homines redimendos necessarias et ab eo ipso (animadvertis diversitatem locorum: cap. V, 5: οὐκοῦν ὑπερευχαριστεῖν ὀφειλομεν τῷ κυρίῳ (sc. Domino Jesu Christo) ὅτι καὶ τὰ παρεληλυθότα ἡμῖν ἐγνώρισεν κ. τ. λ. (coll. v. 6: οἱ προφῆται, ἀπ' αὐτῶν ἔχοντες τὴν χάριν, εἰς αὐτὸν ἐπροφήτευσαν) et cap. I, 7: ἐγνώρισεν γὰρ ἡμῖν ὁ δεσπότης (sc. Dominus Deus pater) διὰ τῶν προφητῶν τὰ παρεληλυθότα κ. τ. λ. (coll. cap. II, 4; cap. XIV, 7 sq.); conf. etiam cap. VII, 1: Οὐκοῦν νοεῖτε, τέκνα εὐφροσύνης, ὅτι πάντα ὁ καλὸς κύριος (sc. Dominus Jesus Christus) προεφανέρωσεν ἡμῖν, κ. τ. λ. cum cap. III, 6: εἰς τοῦτο οὖν, ἀδελφοί, ὁ μακρόθυμος (sc. Θεός Dominus Deus pater) προεφανέρωσεν ἡμῖν περὶ πάντων κ. τ. λ.) per prophetas multis dictis, figuris, typis praenuntiatas esse: cap. VII, 3: γεγραμμένης ἐντολῆς· Όσ οὖν μὴ νηστείσῃ τὴν νηστείαν, θανάτῳ εξολεθρευθήσεται, ἐνετεῖλατο κύριος, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἀμαρτιῶν ἔμελλεν τὸ σκεῦος τοῦ πνεύματος προσφέρειν θυσίαν, κ. τ. λ. (coll. v. 1 et cap. VI, 10). v. 5 et 6: Ίνα δεῖξῃ ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν ὑπ' αὐτῶν, πῶς οὖν ἐνετεῖλατο, προσέχετε· Λάβετε δύο τράγους κ. τ. λ. v. 7: προσέχετε, πῶς ὁ τύπος τοῦ Ἰησοῦ πεφανεροῦται. v. 10: οὐκοῦν ίδε τὸν τύπον τοῦ μέλλοντος πάσχειν Ἰησοῦ. v. 11: τύπος ἐστὶ τοῦ Ἰησοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ θέμενος ὅτι κ. τ. λ. cap. VIII, 1: Τίνα δὲ δοκεῖτε τύπον εἶναι ὅτι ἐντέταλται τῷ Ἰσραὴλ προσφέρειν δάμαλιν τοῖς ἄνδρας κ. τ. λ. ίδε πάλιν ὁ τύπος ὁ τοῦ σταυροῦ κ. τ. λ. v. 2: νοεῖτε, πῶς ἐν ἀπλότητι λέγεται ὑμῖν. ὁ μόσχος οὗν ἐστὶν ὁ Ἰησοῦς, οἱ προσφέροντες ἄνδρες ἀμαρτωλοὶ οἱ προσενέγκαντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν σφαγήν κ. τ. λ. (cf. cap. IX, 7 sq.). cap. X, 12: ἡμεῖς δὲ δικαίως νοήσαντες τὰς

ἐντολὰς λαλοῦμεν, ὡς ἡθέλησεν ὁ κύριος. cap. XI, 1: Ζητήσωμεν δὲ, εἰ ἐμέλησεν τῷ κυρίῳ προφανερῶσα περὶ τοῦ ὄντος καὶ περὶ τοῦ σταυροῦ. περὸ μὲν τοῦ ὄντος γέγραπται ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ κ. τ. λ. v. 8: αἰσθάνεσθε, πῶς τὸ ὄντος καὶ τὸν σταυρὸν ἐπὶ τὸ αὐτὸν ὔρισεν. τοῦτο γὰρ λέγει· μικάριοι, οἵ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐλπίσαντες κατέβησαν εἰς τὸ ὄντος. cap. XII, 1: Ὁμοίως πάλιν περὶ τοῦ σταυροῦ ὅρεῖται ἐν ᾗλλῳ προφήτῃ λέγοντι. Καὶ πότε ταῦτα συντελεσθήσεται; λέγει κύριος. Ὅταν ἔνδον κ. τ. λ. ἔχεις πάλιν περὶ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ σταυροῦσθαι μέλλοντος. v. 2: λέγει εἰς τὴν καρδίαν Μωϋσέως τὸ πνεύμα, ἵνα ποιήσῃ τύπον σταυροῦ καὶ τοῦ μέλλοντος πάσχειν κ. τ. λ. v. 5: πάλιν Μωϋσῆς ποιεῖ τύπον τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν κ. τ. λ. v. 6: πέρας γέ τοι αὐτὸς Μωϋσῆς ἐντειλάμενος. Οὐκ ἔσται ὑμῖν οὕτε χωνευτόν, οὕτε γλυπτόν εἰς θεὸν ὑμῖν, αὐτὸς ποιεῖ, ἵνα τύπον τοῦ Ἰησοῦ δειξῃ. v. 10: ἕδε πάλιν Ἰησοῦς, οὐχ ὁ νιὸς ἀνθρώπου, ἀλλ' ὁ νιὸς τοῦ Θεοῦ, τύπῳ δὲ ἐν σαρκὶ φανερωθεῖς κ. τ. λ.

Ad reffellendos Ebionitas, quibus Deus crucifixus offensioni erat, interpolator hanc rem disputasse mihi videtur; nego, eum hac dissertatione — id quod Walchio (Biblioth. pag. 594), Hefelio (Sendschr. pag. 138 et 182), Müllero (pag. 11. 128 sq.) placet — voluisse sententias Docetarum refellere, videlicet Christianorum eorum, qui Christi divinitatem defenderent contendendo, natum et passum eum esse non in veritate, sed per speciem (*κατὰ δόκησιν*. vid. Origenes: De principatu, praef. §. 4). Etenim interpolator non incarnationem praedicare conatus est (Hefele: patr. apost. opp. pag. XIII) neque Domini carnem meram carnem ejusque naturam hominibus aequalem fuisse explicavit, sed in homine Iesu ipsum Dominum, Dei filium, apparuisse et eum ipsum in homine apparere et pro hominibus pati necesse fuisse argumentatus est: cap. V, 5: *Εἰ ὁ κύριος ὑπέμεινεν παθεῖν περὶ τῆς ψυχῆς ἡμῶν, ὃν παντὸς τοῦ κόσμου κύριος. . . .* v. 6: *πῶς οὖν ὑπέμεινεν ὑπὸ χειρός ἀνθρώπων παθεῖν, μάθετε κ. τ. λ.* v. 10: *εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν ἐν σαρκὶ, πῶς ἀν ἐσαύθησαν οἱ ἀνθρώποι βλέποντες αὐτόν. . . . οὐκοῦν ὁ νιὸς τοῦ Θεοῦ εἰς τοῦτο ἦλθεν ἐν σαρκὶ* (haec verba ad antecedentia adjungenda, non, ut interpretibus placet, cum sequentibus verbis connectenda mihi quidem videntur; eodem modo verba: *οὐκοῦν εἰς τοῦτο ὑπέμεινεν* verbis antecedentibus: *ἵνα τὸ τέλειον τῶν ἀμαρτιῶν. . . . τούς προφήτας αὐτοῦ* annexenda sunt; *οὐκοῦν* = also, deshalb also, vid. Winer: Grammatik 5. Aufl. pag. 599 sq.; animadvertis sequentem particulam γὰρ v. 12: *λέγει γὰρ ὁ Θεός κ. τ. λ.*; conf. cap. VI, 16; cap. IX, 4). cap. VI, 14 sq.: *ὅτι αὐτὸς ἐν σαρκὶ ἐμελλεν φανεροῦσθαι καὶ ἐν ἡμῖν κατοικεῖν. . . . λέγει γὰρ κύριος πάλιν.* Καὶ ἐν τίνι ὀφθήσομαι τῷ κυρίῳ τῷ Θεῷ μου καὶ δοξασθήσομαι; λέγει. Ἐξομολογήσομαι σοι ἐν ἐκκλησίᾳ, ἐν μέσῳ ἀδελφῶν μου κ. τ. λ. cap. VII, 9: *ἐπειδὴ ὅψονται αὐτὸν τότε τῇ ἡμέρᾳ, τὸν ποδῆρη ἔχοντα τὸν κόκκινον περὶ τὴν σάρκα, καὶ ἐροῦσιν Οὐχ οὗτος ἐστιν, ὃν ποτε ἡμεῖς ἐσταυρώσαμεν ἐξουθενήσαντες καὶ ἐμπτύσαντες καὶ κατακεντήσαντες; ἀληθῶς οὗτος ἦν ὁ τότε λέγων ἐαυτὸν νιὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι. πῶς γὰρ ὅμοιος ἔκειν φ κ. τ. λ.* Disputavit ergo non adversus

eos, qui Christi humanitatem infitiarentur, sed contra eos, qui ejus divinitatem negarent: cap. XII, 10: Ἰδε πάλιν Ἰησοῦς οὐχ ὁ νίος ἀνθρώπου, ἀλλ' ὁ νίος τοῦ Θεοῦ, τίπῳ δὲ ἐν σαρκὶ φανερωθεῖς (τίπῳ durch äussere Erscheinung; Volkmar (Evgl: pag. 140): der Gestalt nach cf. Müller: pag. 285). Ἐπεὶ οὖν μελλουσιν λέγειν, ὅτι Χριστὸς νίος Δαυΐδ ἔστιν, αὐτὸς προφητεύει Δαυΐδ, φοβούμενος καὶ συντεν τὴν πλάνην τῶν ἀμερτωλῶν· Εἶπεν κύριος τῷ χυρῷ μου· κάθου ἐκ δεξιῶν μου κ. τ. λ. Ἰδε πῶς Δαυΐδ λέγει αὐτὸν κύριον, καὶ νίος Θεοῦ λέγει.

Alteram Ebionitarum sententiam interpolator refellere studuit argumentando, institutiones judaicas nihil sibi voluisse, nisi hanc Domini incarnationem et mortem praesignificare. Itaque quae constituta erant de jejunio (cap. VII, 3—5), de ritibus sacrificandi hirci (cap. VII, 6—11) et vaccae rubrae (cap. VIII.), de institutione circumcisionis (cap. IX.; cf. cap. X, 12), ea alio consilio nullo dicta esse ei videbantur, nisi quibus Domini incarnatio et passio praemonstrarentur. Hanc esse interpolatoris sententiam plane perspicuum est et ex cap. IX, 4 et 7, ubi lucide dixit, carnis circumcisionem Dominum non unquam instituisse, sed Abrahamum, qui primus circumcisionem dedisset, in spiritu in Jesum prospicientem circumcidisse v. 4: περιτομὴν γὰρ εἴρηκεν οὐ σαρκὸς γενηθῆναι. ἀλλὰ παρέβησαν, ὅτι ἄγγελος πονηρὸς ἐσόφισεν αὐτούς κ. τ. λ. v. 7: μάθετε οὖν ὅτι Ἀβραὰμ ὁ πρῶτος περιτομὴν δοὺς ἐν πνεύματι προβλέψας εἰς τὸν Ἰησοῦν περιέτεμεν, λαβὼν τριῶν γραμμάτων δόγματα. λέγει γάρ. κ. τ. λ. et ex cap. X, 2 sq., ubi aperte dixit, Mosem de cibis noluisse quidquam mandare, sed sensu translato locutum esse: ἄρα οὖν οὐκ ἔστιν ἐντολὴ Θεοῦ· τὸ μὴ τρώγειν, Μωϋσῆς δὲ ἐν πνεύματι ἐλάλησεν (vet. interp. lat. bene: ergo non (vid. Wiener: Grammatik §. 57, 4) est mandatum Dei, ne manducent, sed Moyses in figura locutus est. Hefele et Müller male: ἄρα οὖν οὐκ nonne ergo. Hefele: Sendschr. pag. 85: Ist es nun nicht Gottes Gebot, ([von jenen Thieren] nicht zu essen? [Allerdings], aber Moses hat im Geiste gesprochen), Mosem de escis loquentem voluisse constitutiones morales dare (cf. v. 3: τὸ οὖν χοιρίον πρὸς τοῦτο εἴρηκεν· οὐ μὴ κολληθήσῃ, φησίν, ἀνθρώποις τοιούτοις, οἵτινες ἔμοιος εἰσιν χοιροίς), Judaeos vero ex carnis cupiditate accepisse, quasi de escis egisset v. 9: περὶ τῶν βρωμάτων μὲν οὖν λαβὼν Μωϋσῆς τρία δόγματα οὗτως ἐν πνεύματι ἐλάλησεν· οἱ δὲ κατ' ἐπιθυμίαν τῆς σαρκὸς ὡς περὶ βρωμάτων προσεδέξαντο (coll. v. 10 et 11) cap. VII, 3: ἀλλὰ καὶ σταυρωθεὶς ἐποίησεν ὅξει καὶ χολῇ· ἀκούσατε, πῶς περὶ τούτου πεφανέρωκαν οἱ ιερεῖς τοῦ ναοῦ. γεγραμμένης ἐντολῆς. Ὁς ἀν μὴ νηστεύσῃ τὴν νηστείαν κ. τ. λ. (coll. v. 7 et 9 sq.) cap. VIII, 1: Τίνα δὲ δοκεῖτε τύπον εἶναι, ὅτι ἐντέταλται τῷ Ἰσραὴλ προσφέρειν δάμαλιν τοὺς ἄνδρας κ. τ. λ. v. 2: νοεῖτε πῶς ἐν ἀπλότητι λέγει οὐμῖν· ὁ μόσχος οὖν ἔστιν ὁ Ἰησοῦς κ. τ. λ. v. 7: καὶ διὰ τοῦτο οὕτως γενόμενα ἥμιν μέν ἔστιν φανερά, ἔκεινοις δὲ σκοτεινά, ὅτι οὐκ ἔχουσαν φωνῆς τοῦ χυρίου (coll. cap. VI, 10 et 11; cap. X, 12).

Itaque non placet Hefelii sententia, scriptorem legibus mosaicis praeter propriam notionem aliam et allegoricam tribuisse (Sendschr. pag. 85 et 89), sed probata est sententia nostra, interpolatorem nostrae epistolae institutionibus judaicis et legibus mosaicis nullam nisi typicam et allegoricam vim attribuisse (cf. Müller pag. 235). Neque ergo interpolator disseruit, institutiones judaicas alia quadam ratione administrandas fuisse, neque disputavit, eas abrogatas esse alia quadam lege, sed eas unquam ratas fuisse negavit (verba cap. IX, 4: ἡ γὰρ (ita cum text. vulg.; ἀλλὰ καὶ ἡ cod. sinait.) περιουμή, ἐφ' ἣ πεποίθασιν, κατηργητας duce vētere interprete latino mittenda esse, ex contextu liquet; nescio enim, quo jure quidquam abrogatum esse dici potuerit, quod nunquam institutum fuisse in insequentibus dicatur: περιουμήν γὰρ εἰρηκεν οὐ σαρκὸς γενηθῆναι. ἀλλὰ παρέβησαν, ὅτι ἄγγελος πονηρὸς ἔσθισεν αὐτούς).

Hoc interpolatoris argumentandi consilium quantopere ab auctoris epistolae consilio disputandi abhorreat elucet. Auctor, vidimus, lectoribus judaeo-christianis, qui, quum religionibus patrum dediti cultum templi judaici ipsis sibi servandum putassent, eversione hujus templi in dubitationem de sua ipsorum salute inducierant, solacium afferre voluit iis persuadendo, in oeconomia Dei constitutum fuisse, ut instituta judaica abrogarentur et in eorum locum nova Domini Jesu Christi lex substitueretur (cap. II, 6; conferatur supra). Hac de re primum disputavit, per prophetas jam pronuntiatum esse, Judaeorum rationem institutiones mosaicas observandi Deo non acceptam esse, voluisse Deum, ut eae ratione spirituali administrarentur, tum posuit, quae spiritualia sacrificia (cap. II, 9 et 10), jejunia (cap. III, 3—6) sabbata (cap. XV, 6 et 7), templa (cap. XVI, 6—10) Deo maxime placebant. Ergo defendit spiritualem Christianorum cultum Dei a Judaeis, qui suum ipsorum Dei cultum tenebant, tantum vero abest, ut quosdam lectorum adversarios christianos oppugnaverit, a quibus sejungendum iis esset, ut eos admonuerit, ne se sejungerent (cap. V, 10: μὴ καθ' ἑαυτοὺς ἐνδυνωτες μονάζετε ὡς ἥδη δεδικασμένοι ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνερχόμενοι συνζητεῖτε περὶ τοῦ κοινῆ συμφέροντος. cap. XIX, 12: οὐ ποιησεις σχίσμα, εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένους συνάγων).

Contra interpolator jam ab ipso Barnaba apostolo adversarios Judaeo-Christianos, qui observationem institutorum judaeorum ab omnibus Christianis peterent, oppugnatos esse finxit argumentando, Domini dicta, quae a Judaeis tamquam instituta accepta essent, nihil sibi voluisse, nisi ut Domini passionem et mortem atque eorum, qui eum passione et morte afficerent (i. e. Judaeorum) malitiam et mentis caecitatem praemonstrarent (cap. VII, 4 sq. cap. VIII, 1 sq. cap. IX, 8; cap. X, 10; cap. XII, 2).

Nec mimus quam argumento scriptor capitum V—XII ab epistolae auctore abhorret ratione hoc argumentum firmandi,

Quum in animo non haberet, ut Barnabae epistolam suo ipsius scripto subderet, sed id ageret, ut ea, quae ad defendendam veritatem fidei christiana argumentis Barnabae adjicere voluit, ab ipso Barnaba apostolo disputata esse effingeret, hujus etiam argumentandi modum ipsum imitari oportebat. Itaque factum est, ut quam in Barnabae epistola usurpatam vidi distinguendi rationem inter ea quae ad monendos Judaeos et ea quae ad docendos Christianos scripta essent, eam et ipse imitatus sit et ineunte sua dissertatione suam hanc esse argumentandi rationem indica verit: cap. V, 2: γέγραπται γὰρ περὶ αὐτοῦ ἃ μὲν πρὸς τὸν Ἰσραὴλ, ἃ δὲ πρὸς ἡμᾶς. λέγει δὲ οὖτος (sc. πρὸς ἡμᾶς) etc. . . . v. 4: λέγει δὲ ἡ γραφή (sc. πρὸς αὐτούς) etc. . . . v. 5: ἔτι δὲ καὶ τοῦτο, ἀδελφοῖς μου· εἰ ὁ κύριος ὑπέμεινεν παθεῖν περὶ τῆς ψυχῆς ἡμῶν κ. τ. λ. (cf. cap. VI, 12: λέγει γὰρ ἡ γραφή περὶ ἡμῶν, ὡς λέγει τῷ υἱῷ Ποιησώμεν κ. τ. λ.) . . . v. 12: λέγει γὰρ ὁ Θεός (sc. πρὸς αὐτούς) etc. etc. Verum auctor epistolae quum oppugnaret *Judaeos evangelium Jesu Christi rejicientes* opposuit Judaeis non conversis conversum se lectoresque et hac re eum ipsum quoque olim erroribus Judaeorum deditum fuisse patebat (vid. supra). Contra interpolator quum *adversarios Judaeo-Christianos* oppugnaret oppugnatione totius populi judaici (cap. V, 4: λέγει δὲ ἡ γραφή (sc. de *Judaeis rerumque eorum studiosis i. e. judaizantibus*): Οὐκ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτυα πτερωτοῖς. τοῦτο λέγει οτι δικαίως ἀπολεῖται ἄνθρωπος, ὃς ἔχων ὄδον δικαιοσύνης γνῶσιν ἔαντὸν εἰς ὄδὸν σκότους ἀποσύνεχει. conferas cap. XII, 10: ἐπεὶ οὖν μέλλουσυν λέγειν, ὅτι Χριστὸς νίὸς Δανιὴλ ἔστιν, αὐτὸς προφητεύει Δανιὴλ, φοβούμενος καὶ συντων τὴν πλάνην τῶν ἀμαρτωλῶν (i. e. eorum qui ex populo Judaeorum sunt, judaizantium cf. supra) cum cap. X, 10: λαμβάνει δὲ τριῶν δογμάτων γνῶσιν Δανιὴλ καὶ λέγει ὁμοίως Μακάριος ἀνήρ, ὃς ἐν ὄδῳ ἀμαρτωλῶν (sc. Judaeorum) οὐκ ἔστη, κατῶς οἱ δοκοῦντες φοβεῖσθαι τὸν κύριον ἀμαρτάνουσιν ὡς οἱ χοῦντοι, quibus verbis scriptor ad *adversarios judaizantes* respexisse mihi videtur; cf. cap. XI, 7; cap. V, 4; cap. VI, 6; cap. XII, 4), non opposuit Judaeis non conversis conversum se lectoresque, sed opposuit se ipsi etiam populo judaico. Quum enim *adversarios*, qui fidei judaicae magis stuperent, quam fidei christiana eo optime impugnare posse sibi videretur, quod religionis judaicae vanitatem et ipsius populi judaici stultitiam et malitiam coargueret, factum est, ut argumentationem suam Judaeis quam infestissime persequutus sit. Itaque *adversarios judaizantes* oppugnare eum videmus increpito tando *Judaeos atque Judaeos convincere horum opprobriorum et vitiorum*:

A malo angelo decepti Judaei sunt, ut circumcisionem carnis a Domino mandatam esse opinarentur: cap. IX, 4: περιτομὴν γὰρ εἶρηκεν οἱ σαρκὸς γενηθῆναι. ἀλλὰ παρέβησαν, ὅτι ἄγγελος πονηρὸς ἐσόφισεν αὐτούς. Propter carnis cupiditatem Judaei, quae Moses imagine escarum in spiritu decreverat, ea acceperunt, quasi de escis simpliciter egisset: cap. X, 9: περὶ μὲν τῶν βρωμάτων οὐν

ἐπειθυμίαν τῆς σάρκὸς ὡς περὶ βρωμάτων προσεδέξαντο. Domini decreta iis obscura fuerunt, quia vocem ejus non audiverunt: cap. VIII, 7: καὶ διὰ τοῦτο οὗτος γενόμενα ἡμῖν μέν ἔστιν φανερά, ἐκεῖνοις δὲ σκοτεινά, ὅτι οὐκ ἔχουσαν φωνῆς κυρίου. Et undenam, inquit, iis haec intelligere ac comprehendere licuit: cap. X, 12: ἀλλὰ πόθεν ἐκεῖνοις ταῦτα νοῆσαι ἡ συνιέναι; Judaei vocantur conventus malorum: cap. V, 13: λέγει γὰρ ὁ προφητεύων ἐπ' αὐτῷ· Φεῖσαι μου τῆς ψυχῆς ἀπὸ δομφαίας καὶ Καθήλωσόν μου τὰς σάρκας, ὅτι πονηρευομένων συναγωγαὶ ἐπανέστησάν μοι. cap. VI, 6: τι οὖν λέγει πάλιν ὁ προφήτης; Περιέσχεν με συναγωγὴ πονηρευομένων, ἐκύκλωσάν με ὥσει μέλισσαι κηρίου (coll. cap. V, 8 et 9; cap. X, 10; cap. XI, 7; cap. XII, 10); dicuntur homines summae nequitiae: cap. VIII, 1: Τίνα δὲ δοκεῖτε τύπον εἶναι, ὅτι ἐντέταλται τῷ Ἰσραὴλ προσφέρειν δάμαλιν τοὺς ἄνδρας, ἐν οἷς εἰσὶν ἀμαρτίαι τέλειαι, καὶ σφάξαντας καταπαλεῖν καὶ αἴρειν τότε τὴν σποδὸν παιδία κ. τ. λ. (his enim verbis interpolator dicere noluit, ex Judaeis nequissimos quosdam ad offerendam illam juvencam electos esse — interpres haec verba ita accipientes errorem scriptoris in iis latentem aperuisse sibi vindicentur. Hefele: Sendschr. pag. 74: Unrichtig ist vor Allem, wenn der Verfasser behauptet, diejenigen, welche die Kuh brachten, sie schlachteten und verbrannten, mussten grobe Sünder gewesen sein etc. cf. Müller. pag. 207 — sed scriptor maxima peccata in iis infuisse dixit, quum ex improbo populo judaico essent (noli negligere articulum ante vocabulum: ἄνδρας); neque enim recte Hefele: Männer mit schweren Sünden, sed: die (sc. jüd.) Männer, in denen (quia Judaei erant) vollendete Sünden waren; probatur hoc ex ipsius scriptoris interpretatione hujus imaginis vaccae rubrae: v. 2: νοεῖτε, πῶς ἐν ἀπλότητι λέγει ὑμῖν ὁ μόσχος οὗν ἔστιν ὁ Ἰησοῦς, οἱ προσφέροντες ἄνδρες ἀμαρτιώλοι οἱ προσενέγκαντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν σφαγήν. (verba sequentia: εἴτα οὐκέτι ἄνδρες, οὐκέτι ἀμαρτιώλων ἡ δόξα cum vet. interp. lat. mittenda sunt; ita etiam Davisius, Hefele; cf. Müller. p. 211) v. 3: οἱ δὲ δαντίζοντες παῖδες οἱ εὐαγγελισάμενοι ἡμῖν τὴν ἄφεσιν τῶν ἀμαρτιῶν κ. τ. λ.; oppositi enim non sunt viri peccatores pueris vacuis a peccatis, nam etiam apostoli typo horum puerorum significati peccatis abundasse dicuntur (cf. cap. V, 9; conferatur infra), sed opposita inter se est diversa actio illorum peccatorum, et virorum et puerorum; quare prae-significati esse ei videbantur viris vaccam offerentibus: flagitosi Judaei Jesum ad necem offerentes, atque pueris populum singulatim aspergentibus: apostoli evangelio remissionis peccatorum homines purgantes). Populus judaicus omnibus gentibus pejor esse dicitur (cap. IX, 5: Ἰδού, λέγει κύριος, πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίμητα ἀκροβυστίᾳ, ὁ δὲ λαὸς οὗτος ἀπερίμητος καρδίᾳ omnes gentes incircumcisae quidem sunt carne, hic vero populus [judaicus] incircumcisus est corde), incredulus, viae justitiae contradicens (cap. XII, 4: καὶ πάλιν ἐν ἐτέρῳ προφήτῃ λέγει· Ὁλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθῆ καὶ ἀντιλέγοντα ὁδῷ δικαίᾳ μου). Propter peccata sua testamentum Domini *in perpetuum* perdidit:

cap. IV, 6: ξεῖνος οὗτος εἰς τέλος ἀπώλεσαν αὐτὴν (sc. διαθήκην) λαβόντος ἥδη τοῦ Μωϋσέως cf. v. 8: συνειρίθη αἵτων ἡ διαθήκη. Propter peccata sua hunc populum ad mortem traditum radibusque extinctum iri typis apertisque verbis a Domino praenuntiatum est: cap. XII, 2: λέγει δὲ πάλιν τῷ Μωϋσῆ, πολεμουμένου τοῦ Ἰσραὴλ ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, καὶ διὰ ὑπομνήση αὐτοὺς πολεμουμένους, ὅτι διὰ τὰς ἀμαρτίας αὐτῶν παρεδόθησαν εἰς θάνατον, λέγει εἰς τὴν καρδίαν Μωϋσέως τὸ πνεῦμα, ἵνα ποιήσῃ τύπον σταυροῦ καὶ τοῦ μελλοντος πάσχειν, ὅτι ἐὰν μὴ ἐλπίσωσιν ἐπ' αὐτῷ, εἰς τὸν αἰώνα πολεμηθήσονται x. t. l. (coll. v. 3 et 4) v. 5: πάλιν Μωϋσῆς ποιεῖ τύπον τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν, καὶ αὐτὸς ζωοποιήσει, ὃν δόξουσιν ἀπολωλεκέντες ἐν σημείῳ, πίπτοντος τοῦ Ἰσραὴλ. ἐποιησεν γὰρ κύριος πάντα δόφιν δάκνειν αὐτούς, καὶ ἀπέθνησκον.... ἵνα ἐλέγῃ αὐτούς, ὅτι διὰ τὴν παράβασιν αὐτῶν εἰς θλῖψιν θανάτου παραδοθήσονται. v. 9: λέγει οὖν Μωϋσῆς Ἰησοῦ ὑιῷ Ναοῦ, ἐπιθεὶς τοίτῳ ὄνομα, ὅπότε ἔπειψεν αὐτὸν κατάσκοπον τῆς γῆς· Λάβε βιβλίον εἰς τὰς χεῖράς σου καὶ γράψον ἀλέγει κύριος, ὅτι ἐκκόψει ἐκ διέζων τὸν οἶκον πάντα τοῦ Ἀμαλὴχ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν (respicienti mihi versum 2, quo scriptor disputaturum se esse denuntiavit, quibus rebus Dominus Mosi jam aperuerit, populum judaicum morti traditum iri, verba: ὅτι ἐκκόψει x. t. l. non de extinctione regni Satanae, id quod interpretibus probatum est (Hefele: Sendschr. pag. 101: Unter Amalek im letztern, figürlichen Sinne ist das Reich Satanas verstanden etc. cf. Müller pag. 283), sed de extirpatione populi judaici dicta esse videntur cf. v. 5 sq.). Pec- catis horum, qui ad mortem persequuti sunt prophetas ipsius, ut fastigium imponeret Dominus ab iis passus est: cap. V, 11: ἵνα τὸ τέλειον τῶν ἀμαρτιῶν ἀνακεφαλαιώσῃ τοῖς διώξασιν ἐν θανάτῳ τοὺς προφήτας αὐτοῦ, οὐκοῦν εἰς τοῦτο ὑπέμεινεν. cf. cap. VII, 5: ἵνα δεῖξῃ ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν ὑπ' αὐτῶν, πῶς οὖν ἐνετείλατο; προσέχετε x. t. l. (ὑπ' αὐτῶν cum cod. sinait. et vet. interp. lat.; text. vulg. ὑπὲρ αὐτῶν cf. cap. XIV, 3). Vae iis, inquit scriptor, qui justum alli- gaverint; pessimum consilium inierunt adversus semetipsos: cap. VI, 7: λέγει γὰρ ὁ προφήτης ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ· Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αἵτων, ὅτι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν εἰπόντες· Λήσωμεν τὸν δικαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν. Juste pereunt, dicit, qui scientiam viae justitiae habentes in viam tenebrosam horum Judaeorum se con- tinent (dictum est hoc de judaizantibus rerum judaicarum studio- sis. conf. supra). Nequissimorum horum Judaeorum nequissimos ad praedicandum evangelium Dominus elegisse dicitur apostolos: cap. V, 9: ὅτε δὲ τοὺς ἰδίους ἀποστόλους τοὺς μελλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγελιον αὐτοῦ ἐξελέξατο, ὅντας ὑπὲρ πᾶσαν ἀμαρτίαν ἀνομωτέρους x. t. l.; qua in re noster adeo a populo judaico aversum se prae- stit, ut asseveraverit, Dominum eam solam ob causam in populo judaico apparuisse, non in ullo alio populo, apostolosque ex Ju- daeis, non ex Ethnicis elegisse, quod ostendere vellet, se venisse vocatum peccatores (cap. V, 8 et 9: πέρας γέ τοι διδάσκων τὸν

Ισραὴλ καὶ τηλικαῦτα τέρατα καὶ σημεῖα ποιῶν ἐκήρυσσεν καὶ ὑπερηγάπησεν αὐτὸν· ὅτε δὲ τοὺς Ἰδίους ἀποστόλους τοὺς μελλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ ἐξελέξατο (sc. ex hoc populo judaico), ὅντας ὑπὲρ πᾶσαν ἀμαρτίαν ἀνομωτέρους, ἵνα δεξῇ ὅτι οὐκ ἥλθεν καλέσας δικαίους, ἀλλὰ ἀμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν, τότε ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν εἶνας νὶὸν Θεοῦ). His Judaeis, qui circumcisionem carnis haberent, non circumcisionem aurium et cordum, interpolator opposuit eos, qui circumcisionem carnis non haberent, haberent autem circumcisionem aurium et cordum: cap. IX, 1: Λέγει γὰρ πάλιν περὶ τῶν ὥτεων, πῶς περιέτεμεν ἡμῶν τὴν καρδίαν. λέγει κύριος ἐν τῷ προφῆτῃ· Εἰς ἀκοὴν ὥτεων ὑπήκουσάν μου. καὶ πάλιν λέγει· Ἀκοῆ ἀκούσονται οἱ πόρρωθεν (cf. Müller p. 219: Wer sind οἱ πόρρωθεν? Bei Jesaj. sind die fernen Heiden den nahen (οἱ ἔγγειοι) Israeliten entgegengesetzt, welche beide das Strafgericht Gottes über Assyrien hören sollen. Hier in unserem Briefe sind οἱ πόρρωθεν die welche hören werden, also die Christen — immo Christiani ex *Ethnicis*), ἀ ἐποιησα γνώσονται. καὶ Περιτμήθητε, λέγει κύριος, τὰς καρδίας ὑμῶν κ. τ. λ. v. 4: Οὐχοῦν περιέτεμεν ἡμῶν τὰς ἀκοάς, ἵνα ἀκούσαντες λόγον πιστεύσωμεν κ. τ. λ. v. 5: λέγει πρὸς αὐτούς· Τάδε λέγει κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν — ὅδε εὑρίσκω νέαν ἐντολὴν — μὴ σπειρητε ἐπ' ἀκάνθαις, περιτμήθητε τῷ κυρτῷ ύμῳ ὑμῶν. καὶ τι λέγει; Περιτμήθητε τὸ σκληρὸν τῆς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὸν τράχηλον ὑμῶν οὐ μὴ σκληρύνητε. πάλιν Ἰδού, λέγει κύριος, Πάντα τὰ ἔθνη ἀπεριτμητα ἀκροβυστίᾳ, ὁ δὲ λαὸς οὗτος ἀπεριτμητος καρδίᾳ κ. τ. λ. (animadverte etiam, quod in versu 7. loco verborum: μάθετε οὖν, τέκνα ἀγάπης, περὶ πάντων πλουσίων a vet. interp. lat. scriptum sit: „quos dicit filios Abrahā de omnibus gentibus“. Müllerus bene adjicit ad hunc locum pag. 230: Diese Lesart des Lateiners ist auf jeden Fall eigenthümlich und kann weder auf einem Uebersetzungsfehler, noch auf einem Abschreibefehler beruhen. Diese Worte müssen sich auf die Stelle des Jeremias [cap. IX, 25 et 26; conf. quae Müllerus de hoc loco bene disputavit pag. 228 sq.] beziehen, in welcher, weil Gott sagt, er werde jene Völker der Beschneidung heimsuchen, unser Verfasser eine Bezeichnung derselben als wahrer Kinder Abrahams sieht..... Diese Lesart scheint dem alten Lat. eine eigenthümliche und selbstständige Stellung den griechischen Handschriften gegenüber (auch dem cod. sinait.) einzuräumen. Er ist ja älter als der cod. sinait. (cf. Volkm. monumentum vetust. pag. 3. Hilg.: Barnab. epist. pag. VIII. sq.); hunc locum conjicio duce vet. interp. lat. ita legendum esse: λέγει οὖν τέκνα Ἀβραὰμ (Ἀβραάμ loco vocis ἀγάπης quae in textu vulg. non legitur; conf. verba sequentia: ὅτι Ἀβραὰμ ὁ πρῶτος κ. τ. λ.) περὶ πάντων γένεων (γένεων loco vocis πλουσίων quae in cod. sinait. post verba: δοὺς ἐν πνεύματι lecta cum hac voce immutata esse videtur). μάθετε γάρ, ὅτι Ἀβραὰμ κ. τ. λ.). Auribus et corde non circumcisi esse dicuntur *Judaei* et *judaizantes Christiani*; illi: quum Domini vocem non audiverint (cap. VIII, 7), vel ejus prae-

cepta male intellexerint (cap. X, 12) atque Dominum non timenteres in eius prophetas et in eum ipsum peccaverint (cap. V, 11), hi: quum verba divina falso interpretati sint (cap. XII, 10) et Dominum se timere simulantes culpam sibi commiserint (cap. X, 10). Malis his et stultis hominibus ex populo judaico ortis interpolator opposuit se lectoresque auribus et corde a Domino ea causa circumcisos, ut illorum stultitiam intelligerent et oppugnarent: cap. X, 12: ἀλλὰ πόθεν ἐκεῖνοις ταῦτα νοῆσαι ἡ συνιέναι; ἡμεῖς δὲ δικαῖοις νοήσαντες τὰς ἐντολὰς λαλοῦμεν, ὡς ἡθελησεν ὁ κύριος. διὰ τοῦτο περιέτεμεν τὰς ἀκοὰς ἡμῶν καὶ τὰς καρδίας, ἵνα συνιῶμεν ταῦτα (cf. v. 11; cap. IX, 4 et 9; cap. VIII, 7; cap. V, 3 et 4).

Itaque auctor epistolae religioni judaicae similiter atque apostolus Paulus et auctor epistolae ad Hebraeos vim tribuens praeparandi religionem christianam ipsi etiam populo judaico eum locum attribuit, ut Domini spem suam haberet atque novo a Domino ipso parato populo serviens in hoc Domini populo interiret (cap. XIII. et XIV.). Ergo oppugnavit minime ipsum populum judaicum, sed Judaeorum sui temporis eos, qui hanc populi judaici condicionem non agnoscentes *religionem* judaicam evangelio Domini Jesu Christi abrogatam esse negarent. Adversus hos disputavit, *populum judaicum verum et Deo acceptum Dei cultum non jam habuisse* (capp. II. III. XV. XVI.), *nec testamentum patribus promissum jam accepisse, acceptum id habere novum Christianorum populum, illo majorem et priorem* (capp. XIII. et XIV.).

Contra interpolator impugnavit non solum *religionem* judaicam, sed etiam *populum* judaicum (cf. cap. VIII, 4 ubi patres Abrahamum, Isaaccum, Jacobum a pravitate et culpa populi judaici exceptos nominatim vocat: διὰ τὸ δὲ τρεῖς παῖδες οἱ ραντίζοντες; εἰς μαρτύριον Ἀβραάμ, Ἰσαάχ, Ἰακώβ, ὅτι οὗτοι [cf. v. 2] μεγάλοι τῷ Θεῷ) et tantum abest, ut *populum* foederis eum esse arbitratus sit, ut *testamentum* Domini *in aeternum* eum perdidisse affirmaverit (cf. cap. IX, 6: ἀλλ᾽ ἔρεις· Καὶ μὴν περιτέμηται ὁ λαὸς εἰς σφραγίδα. ἀλλὰ καὶ πᾶς Σύρος καὶ Ἀραψ καὶ πάντες οἱ ἱερεῖς τῶν εἰδώλων. ἄρα οὖν κάκεῖνος ἐκ τῆς διαθήκης αὐτῶν εἰσὶν; ἀλλὰ καὶ οἱ Ἀιγύπτιοι ἐν περιτομῇ εἰσὶν. λέγει οὖν τέκνα Ἀβραὰμ περὶ πάντων γένεων. cap. IV, 6: ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι οὐτως εἰς τέλος ἀπώλεσαν ἀντήν (sc. διαθήκην). Inde factum est, ut non, ut epistolae auctor, novum *populum* opposuerit veteri *populo*, natu minorem natu majori (in cap. VII, voce *τοῦ λαοῦ* [*νηστεύοντος κ. τ. λ.*] non notatur *populus* judaicus [opp.: *τοῦ λαοῦ τοῦ καινοῦ*], sed *Judaeorum vulgus* [opp. v. 4: οἱ ἱερεῖς μόνοι cf. v. 5: φάγετε ὑμεῖς μόνοι]), sed *populum* judaicum excellentem ullum locum in oeconomia divina tenere negans, ne eximiam appellationem quidem: „*ὁ λαός*“ (i. e. *electus populus*) ei tribuerit. Hanc enim ob causam eum notationem *ὁ λαός* defugisse *Judaeosque* in sua argumentatione semper *ὁ Ἰσραὴλ* significasse, ex cap. IV, 6—8 potissimum elucet, ubi auctoris argumentationem cap. XIV, 1—3 transscribens haec verba omisit: cap. XIV, 1: *τὴν διαθήκην, ἣν ὥμοσεν τοῖς πατράσι δοῦνας*

τῷ λαῷ, εἰ δέδωκεν κ. τ. λ. v. 2: τοῦ λαβεῖν τὴν διαθήκην κυρίου πρὸς τὸν λαόν. v. 3: καὶ λαβὼν Μωϋσῆς κατέφερεν πρὸς τὸν λαὸν δῶντα. Quin etiam aliquot locos ex sacris scriptis citatos, in quibus Judaei voce, „ὁ λαός“ appellati sunt, eam in rem adhibuisse videtur, ut ex ipsis Domini verbis non *electum* hunc esse populum (ὅλαός), sed esse eum *rejectum* demonstraret (vid. cap. IV, 8: λέγει γὰρ οὗτος κύριος· Μωϋσῆς, Μωϋσῆς, κατάβηθι τὸ τάχος, ὅτι ἡ νόμη σεν ὁ λαός σου οὓς ἔξηγαγες ἐκ γῆς Αἴγυπτου (consulto ita transposuisse videtur verba: cap. XIV, 3: ὅτι ὁ λαός σου ὃν ἔξηγαγες ἐκ γῆς Αἴγυπτου ἡ νόμη σεν); cap. IX, 5: καὶ πάλιν Ἰδού, λέγει κύριος, πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτυπα ἀκροβυστία, ὁ δὲ λαὸς οὗτος ἀπερίτυπος καρδίᾳ (cf. v. 6: ἀλλ’ ἔρεις Καὶ μὴν περιτέμηται ὁ λαός (i. e. ille populus; ita dicit intuens antecedentia: ὁ δὲ λαὸς οὗτος) εἰς σφραγῖδα. respondet: minime: ἀλλὰ καὶ πᾶς Σύρος κ. τ. λ.); cap. XI, 2: λέγει οὖν ὁ προφήτης Ἐστήθι, οὐρανέ, καὶ ἐπὶ τούτῳ πλεῖστον φριξάτῳ ἡ γῆ, ὅτι δύο καὶ πονηρὰ ἐποιησεν ὁ λαὸς οὗτος ἐμὲ ἔγκατελπον κ. τ. λ., cap. XII, 4: καὶ πάλιν ἐν ἐτέρῳ προφήτῃ λέγει· Ὄλην τὴν ἡμέραν ἔξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθῆ καὶ ἀντιλεγοντα ὄδφος δικαίας μου).

Qui scriptor hoc modo religionem populi judaici vanam et ipsum populum judaicum a Domino rejectum et in sempiternum a salute exclusum esse argumentatus sit, eum ipsum hoc populo ortum, circumcisione huius populi affectum, lege mosaica institutum, religionibus huius populi functum esse nego. Ne gnarus quidem morum rituumque religionis judaicae nec linguae hebraicae peritus hic scriptor exstat. Quae enim in cap. VII. de ritibus festi judaici expiationum vitiose relata sunt (vid. Hefele: Sendschr. pag. 167 sq.), ea scripta esse non possunt a viro quoquam, qui aut ipse Hierosolymis illo festo adfuerat, aut hac de re edoctus erat ab ipsis spectatoribus vel a quibusvis Judaeis qui a spectatoribus hanc rem traditam habebant. Composita ea esse videntur tempore, quo templo hierosolymitano everso a Judaeis exsulantibus (adnimadverte locum cap. XI, 3: ἔσεσθε γὰρ ὡς πετεινοῦ νοσσοὺς ἀνιπτάμενος, νοσσιᾶς ἀφηρημένης) celebratio illius festi per multos jam annos omissa erat variaeque et commentitiae traditiones de eo divulgatae erant; eaque a viro aliquo, qui quum colligeret quidquid typorum mortis Domini invenire poterat, illis traditionibus mallet fidem habere, quam ipsis sacris Judaeorum scriptis (conf. infra). Rerum judaicarum cum ipse tam imperitus fuisse videtur, ut nesciam, nonne crediderit, Abrahamum graece locutum esse — contendit enim, Abrahamum fecisse typum, qui in litteris graecis latuit cap. IX, 7 et 8: μάθετε γάρ, ὅτι Ἀβραὰμ ὁ πρῶτος περιτομὴν δους ἐν πνεύματι προβλέψας εἰς τὸν Ἰησοῦν περιέτεμεν, λαβὼν τριῶν γραμμάτων δόγματα. λέγει γάρ· Καὶ περιέτεμεν Ἀβραὰμ ἐκ τοῦ οἴκου αἵτοῦ ἀνδρας δεκαοκτώ καὶ τριακοσίους (de scriptoris errore in constituendo hoc numero vid. Hefele: Sendschr. pag. 82 sq.; cf. Müller pag. 232); τις οὖν ἡ δοθεῖσα τούτῳ γνῶσις; μάθετε ὅτι τοὺς δεκαοκτώ πρῶτους, καὶ διάστημα ποιήσας λέγει τριακο-

σίους. τὸ δεκαοχτώ IH (numerus XVIII graece scribitur IH). ἔχεις Ἰησοῦν (initium nominis Jesu: 'IHσοῦς). ὅτι δὲ ὁ σταυρὸς ἐν τῷ Τ ἥμελλεν ἔχειν τὴν χάριν, λέγει καὶ τριακοσίους (numerus CCC graece scribitur T; propter similitudinem crucis hoc signo indicatam esse scriptor dicit crucem Domini). δῆλοῖ οὖν τὸν μὲν Ἰησοῦν ἐν τοῖς δυσὶν γράμμασιν, καὶ ἐν τῷ ἐν τὸν σταυρόν (Neander: Kirch. Gesch. I. pag. 735: Dem Barnabas hätte doch beifallen müssen, dass die Buchstaben IH und T nur im Griechischen die Zahl 318 bedeuten, nicht aber in der Originalsprache der Bibel) — sacrosque Judaeorum libros conscriptos esse in lingua graeca versionis alexandrinae (quam „Septuaginta“ vocant), qua sola usus est (conf. infra: cf. Hefele: Sendschr. pag. 215 sq.; Müller pag. 76 sq.), tum lectores tam rudes rerum judaicarum habuit, ut ne distributionis quidem populi judaici (sc. in duodecim tribus) scientiam eos habuisse, poneret; edocet enim eos cap. VIII, 3: ὅτι δεκαδύο φυλαὶ τοῦ Ἰσραήλ).

Haec capitum V—XII commentatio, quam et argumento et argumentatione a genuina epistola abhorrere hactenus disputavimus, ne ad dispositionem quidem epistolae praescriptam (cap. I, 7) referri posse mihi videtur. Cognitum habemus, hanc dispositionem auctorem epistolae sequutum esse constituto ordine serieque disputantem primum de revelatis *rebus praeteritis*, deinde de apertis *rebus instantibus et futuris*, quae quidem ad lectorum salutem spectarent (conf. supra). Nec mirum, quod, cui scriptori *tempora* ansam scribendi dederunt, ei *ipsius temporis partitio* dispositioni erat. *In capp. V—XII illa dispositio prorsus neglecta est.* Nam quamquam ineunte capite IV. denuntiatum est, in insequentibus disputatum iri de rebus instantibus, tamen in capp. V—XII ne ulla quidem ratio temporum habetur, *nec ullo usquam loco res adversae et calamitates eae respiciuntur, quae totius reliquae epistolae causam et argumentum efficiunt.* Non mirum hoc, si illa capita ad refellendos *errores* quosdam conscripta esse ponimus; nam cui scriptori non tempora, sed *dissensiones* ansam scribendi dederint, non postulabimus, ut is ullam rationem temporum habeat. Itaque quum verba ea, quae dispositionis loco capitibus V—XII praescripta sunt: cap. V, 3: οὐκοῦν ὑπερευχαριστεῖν ὄφελομεν τῷ κυρῳ, ὅτι καὶ τὰ παρεληλυθότα ἡμῖν ἐγνώρισεν, καὶ ἐν τοῖς ἐνεστῶσιν ἡμᾶς ἐσόφισεν, καὶ εἰς τὰ μέλλοντα οὐκ ἐσμὲν ἀσύνετοι, in explicatione ipsa ab interpolatore prorsus neglecta sint, patet, ea nil nisi verba esse, ex cap. I, 7 ad hoc repetita, ut supplementum capitum V—XII contextu cum antecedentibus junctum esse videretur (conf. supra).

Verum qui fit, ut ea, quae ad supplendas quasdam epistolae sententias scripta esse putamus (vid. supra), ab his ipsis sententiis abhorrere, neque contextu sententiarum juncta esse probemus? Hoc eo probatur, quod interpolator illas sententias non integras servavit, sed *eas in aliud quoddam argumentum convertit*. Neque enim eam ob rem complevit epistolam, ut auctoris argumentum

magis firmaret, sed eam ob rem, ut aliud quoddam argumentum comprobatum redderet. Inde quum id ageret, ut in epistola suum argumentum disputari videretur, res in epistola sibi proposita tractatas etiam ipse tractavit, alia vero argumentandi ratione in aliud argumentum spectans. Itaque mirabile id evenit, quod in nostra epistola de iisdem rebus bis et diversa argumentatione diversoque argumento dissertum est:

De sacrificiis et jejunio disputatum est in capp. II—III atque in capp. VII—VIII. In capp. II—III ad firmandum argumentum, instituta judaica evangelio Iesu Christi abrogata esse (conf. supra), demonstratum est, *sacrificia et jejunia Judaeorum Deo non accepta fuisse, abrogata igitur esse spiritualibus sacris et jejuniis religionis christianaे Deo probatis*: cap. II, 4 sq.: πεφανέρωκεν γὰρ ἡμῖν διὰ πάντων τῶν προφητῶν, ὅτι οὐτε θυσιῶν οὔτε ὀλοκαυτωμάτων οὔτε προσφορῶν χρῆσει, λέγων ὅτι μέν· Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει κύριος κ. τ. λ. τις γὰρ ἔξεζήτησεν ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; κ. τ. λ. ν. 6: ταῦτα οὖν κατήργησεν, ἵνα δὲ καινὸς νόμος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἄνευ ζυγοῦ ἀνάγκης ὡν, μὴ ἀνθρωποποιητον ἔχη τὴν προσφοράν. λέγει δὲ πάλιν πρὸς αὐτούς· Μὴ ἐγὼ ἐνετειλάμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν ἐκπορευομένοις ἐκ γῆς Αἰγύπτου, προσενέγκαι μοι ὀλοκαυτώματα καὶ θυσίας; ἀλλ’ ἡ τοῦτο ἐνετειλάμην αὐτοῖς· Ἐκαστος ὑμῶν κατὰ τοῦ πλησίον ἐν τῇ καρδίᾳ ἐαυτοῦ κακίαν μὴ μηδικακεῖτω, καὶ ὄρκον ψευδῆ μὴ ἀγαπᾶτε κ. τ. λ. ν. 10: ἡμῖν οὖν οὕτως λέγει· Θυσία τῷ θεῷ καρδία συντετριμμένη κ. τ. λ. cap. III, 1 sq.: Λέγει οὖν πάλιν περὶ τούτων πρὸς αὐτούς· Ἰνα τί μοι νηστεύετε . . . οὐ ταύτην τὴν νηστείαν ἐγὼ ἔξελεξάμην, λέγει κύριος, οὐκ ἀνθρωπον ταπεινοῦντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, οὐδὲ ἀν κάμψητε ὡς κρίκον τὸν τράχηλον ὑμῶν καὶ σάκκον καὶ σποδὸν ὑποτρώσητε, οὐδὲ οὕτως καλέσετε νηστείαν δεκτήν. πρὸς ἡμᾶς δὲ λέγει· Ἰδοὺ αὗτη νηστεία ἡν ἐγὼ ἔξελεξάμην, λέγει κύριος, οὐκ ἀνθρωπον ταπεινοῦντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· ἀλλὰ λύε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, διάλυε στραγγαλίας βίαιων συναλλαγμάτων κ. τ. λ. In capp. VII—VIII ad firmandum argumentum: filii Dei incarnationem, passionem et mortem ad homines redimendos necessarias et multis typis figurisque praesignificatas esse, demonstratum est, *Domini mandata de ritibus sacrorum et jejunii nihil sibi voluisse nisi ejus passionem et mortem portendere*: cap. VII, 3: γεγραμμένης ἐντολῆς· Ὅς ἀν μὴ νηστεύσῃ τὴν νηστείαν, θανάτῳ ἔξολεθρευθήσεται, ἐνετείλατο κύριος, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἀμαρτιῶν ἔμελλεν τὸ σκεῦος τοῦ πνεύματος προσφέρειν θυσίαν κ. τ. λ. ν. 5 sq.: Ἰνα δεῖξῃ, ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν ὑπὲρ αὐτῶν, ἃ ἐνετείλατο; προσέχετε· Λάβετε δύο τράγους καλοὺς καὶ ὁμοῖους καὶ προσενέγκατε . . . προσέχετε, πῶς ὁ τύπος τοῦ Ἰησοῦ πεφανεροῦταις καὶ ἐμπιύσατε πάντες καὶ κατακενήσατε κ. τ. λ. πρὸς τί οὖν τοῖτο; προσέχετε· τὸν μὲν ἔνα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, τὸν δὲ ἔνα ἐπικατάρατον κ. τ. λ. οὐκοῦν ἔδετε τὸν τύπον τοῦ μέλλοντος πάσχειν Ἰησοῦ. cap. VIII, 1 sq.: Τίνα δὲ δοκεῖτε τύπον εἶνας, ὅτι ἐντέταλται τῷ Ἰσραὴλ προσφέρειν δάμαλιν τοὺς ἀνδρας κ. τ. λ. νοεῖτε, πῶς ἐν ἀπλότητι λέγει ἡμῖν· δι μόσχος οὖν ἐστιν Ἰησοῦς, οἱ προσφέροντες ἀνδρες ἀμαρτωλοὶ οἱ προσενέγκαντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν σφαγήν.

Christianos testamenti haeredes esse, non Judaeos, demonstratum legimus in capp. XIII—XIV atque in capp. IV, 6—9 et VI. In capp. XIII—XIV ad refellendos Judaeos ex typis a patribus (cap. XIII) et Mose (cap. XIV, 1—3) factis demonstratum est, duorum populorum a patribus originem habentium natu minorem (i. e. populum christianum) maiorem fore populum et testamenti haeredem: cap. XIII, 1 sq.: *"Ιδωμεν οὖν, εἰ οὗτος ὁ λαὸς κληρονομεῖ ἡ ὁ πρῶτος, καὶ εἰ ἡ διαθήκη εἰς ἡμᾶς ἡ εἰς ἐκείνους κ. τ. λ.* cap. XIV, 4: *Μωϋσῆς μὲν γὰρ ἔλαβεν, αὐτὸν δὲ οὐκ ἐγένοντο ἄξιοι. πῶς δὲ ἡμεῖς ἐλάβομεν, μάθετε. Μωϋσῆς θεράπων ὁν ἔλαβεν, αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῖν ἔδωκεν εἰς λαὸν κληρονομίας, διὸ ἡμᾶς ὑπομεῖνας.* In locis cap. IV, 6—9 et cap. VI ad firmandum argumentum contra judaizantes Christianos allatum, populum judaicum a Domino rejectum esse et testamentum Domini in perpetuum perdidisse, demonstratum est, quae promissa essent de bona terra lacte et melle fluente, ea nihil sibi voluisse nisi *incarnationem Domini* prae-significare, non igitur Judaeis, sed Christianis promissa esse: cap. VI, 8 sq.: *Τι λέγει ὁ ἄλλος προφήτης Μωϋσῆς αὐτοῖς* (i. e. quid sibi vult, quod Moses iis dicit) *'Ιδοὺ τάδε λέγει κύριος ὁ Θεός (haec sunt verba Mosis). Εἰσέλθατε εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν, ἣν ὥμοσεν κύριος τῷ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, καὶ κατακληρονομήσατε αὐτὴν, γῆν δέουσαν γάλα καὶ μέλι. τι λέγει ἡ γνῶσις; μάθετε. ἐλπίσατε, φησίν, ἐπὶ τὸν ἐν σαρκὶ μελλοντα φανεροῦσθαι Ἰησοῦν (ὑμῖν ante Ἰησοῦν duce vet. interp. mittendum puto). ἀνθρωπος γὰρ γῆ ἐστὶ πάσχοντα· ἀπὸ προσώπου γὰρ τῆς γῆς ἡ πλάσις τοῦ Ἀδὰμ ἐγένετο. τι οὖν λέγει· Εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν τὴν δέουσαν γάλα καὶ μέλι; κ. τ. λ. λέγει γὰρ ὁ προφήτης παραβολὴν κυρίου κ. τ. λ. πάλιν σοι ἐπιδεῖξο, πῶς πρὸς ἡμᾶς λέγει, δευτέραν πλάσιν ἐπ' ἐσχάτων ποιήσειν (ita pro ἐποιησεν legendum esse puto). λέγει κύριος· *'Ιδοὺ ποιήσω τὰ ἐσχάτα ὡς τὰ πρῶτα. εἰς τοῦτο οὖν ἐκήρυξεν ὁ προφήτης.* Εἰσέλθατε εἰς γῆν δέουσαν γάλα καὶ μέλι καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. Ιδε οὖν, ἡμεῖς ἀναπεπλάσμεθα κ. τ. λ. ὅτι αὐτὸς ἐν σαρκὶ ἔμελλεν φανεροῦσθαι καὶ ἐν ἡμῖν κατοικεῖν κ. τ. λ. v. 16: *οὐκοῦν ἡμεῖς ἐσμέν, οὓς εἰσήγαγεν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν* (i. e. in Jesum Christum; sensus: nos sumus, in quos Dominus Jesus Christus inivit; scriptori enim τὸ κατοικεῖν τοῦ κυρίου ἐν τινι idem valet quod τὸ εἰσάγειν τινά εἰς τὸν κύριον (cf. v. 15); neque enim recte Hefele: Sendschr. pag. 65: Zuerst war die γῆ etc. die Menschwerdung Christi, dann 2) die neue Schöpfung, die mit uns (in uns) vorgenommen wurde, und jetzt ist 3) die Kirche die γῆ. Jene Allegorie erlebt darum drei verschiedene Gestaltungen; notatione ἡ γῆ ἡ ἀγαθή scriptori nil indicari videbatur nisi incarnationis Domini Jesu Christi (conf. v. 9 cum v. 16); in versibus enim 10—16 scriptor illam notationem non transtulit ad Christianos (ita Müller pag. 169, cf. pag. 176), vel ad ecclesiam christianam, sed veram Domini incarnationem in Christianis accidere disputans hanc de bona terra lacte et melle fluente (i. e. de Domino Jesu Christo, a quo fides promissionis et evangelium manant v. 17: *τι οὖν τὸ γάλα καὶ μέλι;* ὅτι πρῶτον*

τὸ παιδίον μέλει, εἶτα γάλακτος ζωοποιεῖται. οὗτος οὐκ καὶ ἡμεῖς τῇ πίστει τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῷ λόγῳ ζωοποιούμενοι ζήσομεν κατακυριεύοντες τῆς γῆς) promissionem spectare ad Christianos planum fecit.

De celebrandis diebus festis eorumque allegorica vi disputatum est in cap. XV, 1—7 atque in capp. VI et XV, 8—9; hic enim capitinis XV. versus 8 et 9 *cum antecedentibus pugnantes* (conferatur infra) ab interpolatore idcirco adjecti esse mihi videntur, quibus *celebratio diei dominici* probaretur (vid. infra).

In cap. XV, 1—7 docetur, Deo acceptam esse *non rationem judaicam sabbatum celebrandi*, probatam ei esse *Christianorum rationem sabbatum agendi* manibus mundis et puro corde (cap. XV, 1 sq.: "Ετι καὶ περὶ τοῦ σαββάτου γέγραπται ἐν τοῖς δέκα λόγοις, ἐν οἷς ἔλαλησεν ἐν τῷ ὅρει Σινᾶ πρὸς Μωϋσῆν κατὰ πρόσωπον. Καὶ ἀγιάσατε τὸ σάββατον κυρίου χερσὸν καθαραῖς καὶ καρδίᾳ καθαρᾷ κ. τ. λ.), quam sanctificationem hominibus in omnibus rebus errantibus perfectam esse non posse nisi in regno millenario typice eo prae-significato, quod Deus mundo sex diebus creato (v. 4) septimo die requieverit (v. 5), et hunc diem sanctificaverit v. 6 et 7: πέρας γέ τοι λέγει· Ἀγιάσεις αὐτὴν χερσὸν καθαραῖς καὶ καρδίᾳ καθαρᾷ. εἰ οὖν, ἦν ὁ Θεὸς ἡμέραν ἡγιακεν νῦν τις δύνανται ἀγιάσαι, εἰ μὴ καθαρὲς ὥν τῇ καρδίᾳ ἐν πᾶσιν, πεπλανήμεθα. Ἰδε οὖν. ἄρα τότε (i. e. septimo die cf. v. 3 et 4) καλῶς καταπανόμενος ἀγιάζει αἵτην ὅτε δυνησόμεθα αὐτοῖς; (i. e. quando ipsi poterimus sc. *septimum diem perfecte sanctificare?*) respondet: δικαιωθέντες καὶ ἀπολαβόντες τὴν ἐπαγγελίαν, οὐχέτι οὖσης τῆς ἀνομίας, καὶ νῦν δὲ γεγονότων πάντων ὑπὸ τοῦ κυρίου (i. e. quum justificati erimus et promissionem adepti, quum exstincta erit iniquitas et omnes res a Domino erunt renovatae cf. v. 5), τότε δυνησόμεθα (τότε respondet ad illud: ὅτε δυνησόμεθα αὐτοῖς;) αὐτὴν (i. e. sabbatum) ἀγιάσαι αὐτοὶ ἀγιασθέντες πρώτον sc. in regno millenario; neque ergo recte Hefele qui vertit (Sendschr. pag. 109 sq.): Wenn aber (Gott) [?] alsdann erst durch die wahre Ruhe [?] den Sabbat heiligt, wenn wir selber das Gute thun können, nämlich nach Empfang der Verheissung, wenn keine Sünde mehr da und Alles durch den Herrn neu geworden ist, so können (auch) wir [?] alsdann (erst) den Sabbat (wahrhaft) heiligen, wenn wir zuvor selber geheiligt sind (durch Christus); neque recte Müller, qui ad hunc locum adjecit pag. 309: Erst dann können wir auf den Eintritt der wahren Ruhe Gottes [?] hoffen, wenn wir selbst [?] rein geworden sind.

In capitinis XV versibus 8 et 9 disputatum est, *Judaeorum diem festum* i. e. *sabbatum* (Samstag) noui acceptum esse Deo, celebrandum esse *Christianorum diem festum* i. e. *diem dominicum* (Sonntag); hujus enim octavi diei celebrationem typice eo prae-significatam esse, quod Deus septimo die omnia peracta habens et universis finem imponens ad initium novi cujusdam (octavi) diei i. e. alterius mundi sc. regni Christiani spectaret v. 8: πέρας γέ τοι λέγει αὐτοῖς. Τάς νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα οὐκ ἀνέχομαι

(cf. cap. II, 5). ὅρατε, πῶς λέγει οὐ τὰ νῦν σάββατα ἐμοὶ δεκτά, ἀλλὰ ὁ πεποίηκα ἐν φῶ καταπαύσας τὰ πάντα ἀρχὴν ἡμέρας ὄγδόης ποιήσω, ὁ ἔστιν ἄλλου κόσμου ἀρχὴν; quam celebrationem octavi diei ab ipso etiam Domino eo confirmatam et designatam esse, quod octavo quodam die cum a mortuis resurgeret tum (et ipso octavo quodam die, alio autem) ad coelos ascenderet v. 9: διὸ καὶ ἄγομεν τὴν ἡμέραν τὴν ὄγδόην εἰς εὐφροσύνην, ἐν ᾧ καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν καὶ φανερωθεὶς ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς; neque igitur scriptor, ut interpretibus placet (ct. Müller: pag. 313), Jesum, quo die a mortuis resurgeret, eodem (i. e. am Ostersonntage) ad coelos ascendisse credidit, sed Domini ascensum in coelum, qui quo die evenisset, Christianis incertum erat, et ipsum die dominico (nos: an einem Sonntage) accidisse opinatus est.

Itaque scriptor capitinis XV versuum 1—7 institutionem sabbati ratam agnoscit, spiritualem verum sabbati celebrationem postulat (v. 1: καὶ ἀγιάσατε τὸ σάββατον κυρίου χερσὶν καθαραῖς καὶ καρδίᾳ καθαρῷ (coll. v. 2) v. 3: συνετέλεσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἐβδόμῃ καὶ κατέπαυσεν ἐν αὐτῇ καὶ ἡγιασεν αὐτήν (ergo: septimum diem) v. 6: εἰ οὖν ἦν ὁ Θεὸς ἡμέραν ἡγιασεν, νῦν τις δύναται ἀγιάσας, εἰ μὴ καθαρὸς ὢν τῇ καρδίᾳ ἐν πᾶσιν, πεπλανῆμεθα. v. 7: Ιδε οὖν ἄρα τότε καλῶς καταπανόμενος ἀγιάζει αὐτήν (sc. septimum diem) ὅτε δυνησόμεθα αὐτὴν ἀγιάσας, αὐτοὶ ἀγιασθέντες πρῶτον si ipsi sanctificati erimus i. e. manibus mundis et sancto animo); abrogata esse argumentatur sabbata talia, qualia Judaei celebraverint et in ejus loco posita sabbata christiana, quae sanctificatione animi celebrentur (cf. cap. II, 5 et 6). Qui scriptor si sabbatum non ratum habuisset, ex ejus ipsius institutione doctrinam regni millenarii non duxisset.

Verumtamen scriptor versuum 8 et 9 ex verbis in cap. II, 5 citatis: τὰς νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα οὐκ ἀνέχομαι argumentatur, Judaeorum diem festum i. e. sabbatum, celebrationem septimi diei rejiciendum esse et in ejus loco ponendum diem dominicum, celebrationem octavi diei v. 8: οὐ τὰ νῦν σάββατα ἐμοὶ δεκτά, ἀλλὰ ὁ πεποίηκα, ἐν φῶ καταπαύσας τὰ πάντα ἀρχὴν ἡμέρας ὄγδόης ποιήσω, ὁ ἔστιν ἄλλου κόσμου ἀρχὴν. διὸ καὶ ἄγομεν τὴν ἡμέραν τὴν ὄγδόην εἰς εὐφροσύνην. Hanc doctrinam in cap. VI. argumentis firmavit disputans, Dominum quum Adamum et Eam crearet, ad alteram quandam creationem sua ipsius incarnatione efficiendam spectasse i. e. ad hominum regenerationem, regno christiano confectam cap. VI, 11 sq. v. 13: πάλιν σοι ἐπιδεῖξω, πῶς πρὸς ἡμᾶς λέγει, δευτέραν πλάσιν ἐπ' ἐσχάτων ποιήσειν (ἐπ' ἐσχάτων de temporibus alterius creationis mundi i. e. temporibus institutionis regni Christiani intelligendum est: animadverte contra locos cap. IV, 9, et cap. XVI, 5, in quibus verba: ἐσχάτας ἡμέρας de malis temporibus parusiam Domini antecedentibus dicta sunt, conf. infra). λέγει ὁ κύριος: Ἰδοὺ ποιήσω τὰ ἐσχάτα ὡς τὰ πρῶτα (haec verba non aliunde deprompta esse possunt nisi ex

Jes. 43, 18 et 19 libere ex versione Septg.: μὴ μνημονεύετε τὰ πρῶτα κ. τ. λ. ἵδον ποιῶ καὶ νὰ ἀνατελεῖ. neque loco Matth. 20, 16 (Hefele Müller): οὗτος ἔσονται οἱ ἔσχατοι καὶ οἱ πρῶτοι ἔχατοι, neque loco II Cor. 5, 17, (Dressel): τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἵδον γέγονε καὶ τὰ πάντα, neque loco IV Esra 5, 42 (Hilgenfeld): „sicut non novissimorum tarditas, sic nec priorum velocitas“, *tempora* quaedam posteriora *opposita sunt* prioribus temporibus); quo mundo iterum recreando designetur novus quidam dies cap. VI, 2 sq. v. 4: αὗτη ἐστὶν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη καὶ θαυμαστή, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος (Müller: pag. 161: Der Sinn ist also: Das ist der Tag, den der Herr gemacht hat, an welchem der von den Bauleuten verworfene Stein zum Eckstein geworden ist).

Scriptor capituli XV versuum 1—7 ex institutione sabbati creatione mundi typice praeformati argumentatur, sex millibus annorum ad finem perductis universa renovatum iri redeunte Domino, qui per mille annos mundum gubernaturus sit Deo patre requiescente (cap. XV, 4 et 5: οὐκοῦν, τέκνα, ἐν ἔξῃ ἡμέραις, ἐν τοῖς ἔξακισχιλίοις ἔτεσιν συντελεσθήσεται τὰ πάντα. Καὶ κατέπαυσεν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ τοῦτο λέγει. Ὁταν ἐλθὼν ὁ νιὸς αὐτοῦ καταργήσει τὸν καιρὸν τοῦ ἀνόμου καὶ κρινεῖ τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἄλλαξει τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, τότε καλῶς καταπάύσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ i. e. in regno millenario; quibus rebus indicatum esse auctor existimaverit, regnum millenarium prope instare, explicatum vid. infra). Scriptor cap. VI. et XV, 8 et 9 ratione Judaeis infesta (cf. cap. VI, 2. 6 et 7) ex institutione diei dominici creatione hominum typice prænuntiati argumentatur, temporibus hebdomadis judaicae ad finem perductis (i. e. quum peccata populi judaici consummata forent cf. cap. V, 11 sq.) homines recreatum iri Domino in terris apparente, *quo in recreato mundo Christiani dominaturi sint* cap. VI, 17 sq.: οὗτος οὖν καὶ ἡμεῖς τῇ πίστει τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῷ λόγῳ ζωοποιούμενοι ζήσομεν κατακυριεύοντες τῆς γῆς. προειρήκαμεν δὲ ἐπάνω (sc. in v. 12): Καὶ αὐξανέσθωσαν καὶ πληθυνέσθωσαν καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἵχθυών τις οὖν ὁ δυνάμενος ἀρχεῖν θηρίων ἡ ἵχθυων ἡ πειρειῶν τοῦ οὐρανοῦ; (i. e. quid sibi vult illa promissio nobis data? quis est qui possit præesse bestiis vel piscibus vel volucribus coeli?) respondet: αἰσθάνεσθαι ὀφείλετε ὅτι τὸ ἀρχεῖν ἔξουσίας ἔστιν, ἵνα τις ἐπιτάξας κυριεύσῃ i. e. notatione τὸ ἀρχεῖν indicatur potestas qua quis imperio potitus dominetur; his verbis scriptor non spectavit ad Christianorum dominationem in regno millenario sed ad eorum principatum in omnes (hoc indicatum est verbis: ἀρχεῖν θηρίων, bestiae in terra viventes, ἡ ἵχθυων, animalia sub terra viventia, ἡ πειρειῶν τοῦ οὐρανοῦ, animalia supra terram viventia; haec enim verba symbolice dicta esse scriptori videbantur (cf. cap. V, 4; cap. X, 10 et supra), ergo non de imperio in ipsas bestias intelligenda sunt, id quod Hefelio placet: Patr. apost. opp. edit. V. pag. 15. Sendschr. pag. 65.) terrae gentes; hoc apertissimum est verbis insequentibus: εἰ οὖν οὐ γίνεται τοῦτο

νῦν, ἄρα ημῖν εἴρηκεν πότε i. e. etsi hoc imperium in omnes gentes nondum tenemus, tamen promissum id aliquando obtinebimus idque tunc διταν καὶ αὐτοὶ τελειωθῶμεν χληρονόμοι τῆς διαθήκης κυρίου γενέσθας quum et ipsi adeo perfecti erimus, ut haeredes testamenti Domini simus (animadverte, qui alius atque in capp. XIII. et XIV. sensus verbis χληρονόμοι τῆς διαθήκης hoc loco lateat). Qui scriptor quum hanc Christianorum terrarum dominationem pedetentim et gradatim consequendam poneret (cf. v. 17 et 19 et cap. XII, 10 et 11), redditum Christi prope instare credidisse non potest; ergo et hac in re dissidet ab epistolae auctore, qui novissima tempora prope adesse crediderit (conf. cap. IV, 3: cap. XXI, 3 et infra).

Itaque quum non dubium sit, quin in nostra epistola de iisdem rebus bis disputatum sit et diversa argumentandi ratione, diverso consilio, integritatem nostrae epistolae defendantibus ostendendum est, quo alio modo hoc fieri potuerit, nisi ut eadem epistolae res ab interpolatore quodam eaque alio consilio retractaretur.

Argumentationem nostram confecerimus si epistolae partes a nobis separatas *diversis temporib[us]* conscriptas esse demonstraverimus.

In constituendo tempore quoque confectionis epistolae Barnabae interpretes alius ab alio valde dissident. Composita ea essei videtur Weizsaeckero: ultimis temporibus imperantis Vespasian (Zur Crit. des Barbr. pap. 30), Hilgenfeldio: imperatore Nerva anno nonagesimo septimo (Barnabae epistola pag. 66 sq.; cf. Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie 1858 pag. 288; 1861 pag. 221), Hefelio: ineunte saeculo secundo p. Chr. n. inter annum 107. et 120. (Sendschr. pag. 142 und 193; cf. patrum apostolicorum opera, proleg. XIII, sq.), Volkmaro, quem Müllerus sequitur: prima aetate imperatoris Hadriani (Volkmar: Monumentum vetustatis christiana ineditum, Turici 1864, pag. 11 sq.; cf. Comment. in Johan. Apocal., Zürich 1862, pag. 12 sq. Comment. in Esdram prophet. Tübg. 1863 pag. 376 sq.; J. G. Müller: Erklärg. des Barbr. pag. 336 ff. cf. pag. 109).

Ad constituendum tempus confectionis epistolae Barnabae duo potissimum sunt loci, ex quibus causa ducenda est; cap. IV, 4 et 5 et cap. XVI, 3—5. Epistolam nostram attente perlegentem non effugiet, per totam eam, quam genuinam ducimus, epistolae partem ad vexationes ac res adversas proximo tempore instantes spectari, quae eaedem in interjecta epistolae parte plane neglectae sint. Ex cap. I, 8: ὑποδειξω ὀλίγα, δι' ὃν ἐν τοῖς παροῦσιν εὑφραγ-θήσεσθε (coll. cap. XVII; cap. XXI, 9) cognoscitur, epistolae auctori causam scribendi fuisse eam, ut his in rebus afflictis lectores argumentatione suae epistolae laetiores redderet. Itaque eos admonet: „cap. II, 1: Quum sint dies nequissimi et Contrarius habeat hujus saeculi potestatem, opus est, Domini praecepta (cf. cap. XXI, 1 et 5) attente inquiri; cap. II, 10: Certius ergo inquirere debemus, fratres, de nostra salute, ne Malus

introitum erroris habeat in nobis et avertat nos a vita nostra; cap. IV, 9: Attendere nos opus est ad novissimos dies, nihil enim proderit nobis totum tempus vitae nostrae et fidei, nisi nunc pravo hoc tempore temptationibusque imminentibus caveamus, sicut filios Dei decet, ne Dominus tenebrarum introitum in nobis habeat; cap. IV, 13: Attendamus ergo, ne quando jam vocati quiescentes obdormiscamus in peccatis nostris et imperator nequam potestate quam in nos habeat usus a regno Domini nos excludat. Consummata enim, renuntiat in cap. IV, 3, tentatio appropinquavit; in cap. XXI, 3: Prope est dies, quo omnia cum Malo peribunt, prope est Dominus et merces ejus (cf. cap. XV, 5)⁴.

Quaerentibus nobis, quibus instantibus rebus adversis auctor consummationem rerum redditumque Domini indicata esse putaverit, respondet locus: cap. IV, 3—5: *Τὸ τέλειον σκάνδαλον ἡγγικεν, περὶ οὗ γέγραπται ὡς Δανιὴλ* (ita lego duce vetere interprete; cod. sinait. (Volkmar, Hilg., Müller): *ὡς Σενώχ,* (cf. infra) λέγει, — εἰς τοῦτο γὰρ ὁ δεσπότης συντέμηκεν τοὺς καιροὺς καὶ τὰς ἡμέρας, ἵνα ταχύνῃ ὁ ἡγαπημένος αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὴν κληρονομίαν ἥξῃ — λέγει δὲ οὗτως ὁ προφήτης: *Βασιλεῖας δέκα ἐπὶ τῆς γῆς βασιλεύσουσιν καὶ ἔξαναστήσεται ὅπισθεν αὐτῶν μικρὸς βασιλεύς, ὃς ταπεινώσει τρεῖς ὑψὸν ἐν τῷ βασιλεῶν.* ὅμοιως περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγει *Δανιὴλ.* Καὶ εἶδον τὸ τέταρτον θηρίον πονηρὸν καὶ ἴσχυρὸν καὶ χαλεπώτερον παρὰ πάντα τὰ θηρία τῆς γῆς, καὶ ὡς ἐξ αὐτοῦ ἀνέτειλεν δέκα κέρατα, καὶ ἐξ αὐτῶν μικρὸν κέρας παραφυάδιον, καὶ ὡς ἐταπεινώσειν ὑψὸν ἐν τρίᾳ τῷ μεγάλῳ κεράτῳ. Is locus ad constiduendum confectionis tempus nostrae epistolae gravissimus ab interpretibus diversissima ratione explicatur. Illud haudquaquam discrepat, Danielis vaticinium de brevi quartae bestiae (i. e. quarti imperii sc. romani) cornu exmedio decem cornuum (i. e. imperatorum) escendente a scriptore ad redditum Antichristi relatum esse. Controversia vero est, cuius imperatoris romani temporibus illud Danielis vaticinium completum esse scriptori videri potuerit; Weizsaeckerus argumentatur: ultimis imperatoris Vespasiani temporibus, Hilgenfeldius: imperatore Nerva, Volkmarus, Müllerus, alii: imperante Hadriano.

Hac in re primum non negligendum est, auctorem demonstratum esse, *ultimam* temptationem instare: v. 3 sq.: *τὸ τέλειον σκάνδαλον ἡγγικεν, περὶ οὗ γέγραπται, ὡς Δανιὴλ λέγει..... λέγει δὲ οὗτως ὁ προφήτης κ. τ. λ.* (cf. infra) unde sequitur, ut tempus illud tam turbulentum fuerit ac tot temptationibus repletum, ut finem temptationum instare credi posset. Tum animadvertisendum est, scriptorem ut consummationem scandali instare demonstraret, sententiam attulisse, Deum tempora abbreviasse: v. 3^b: *εἰς τοῦτο γὰρ ὁ δεσπότης συντέμηκεν τοὺς καιροὺς καὶ τὰς ἡμέρας, ἵνα ταχύνῃ ὁ ἡγαπημένος αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὴν κληρονομίαν ἥξῃ,* unde appareat, illa tempora ejusmodi fuisse, quibus abbreviatum esse tempus videri posset. Denique eo potissimum animum attendi oportet, quod scriptor, ut Danielis vaticinium suo *ipsius tempore* completum esse

doctrina abbreviationis temporum probatum redderet, verba prophetae ita legit, ut *decimum* regem fore ultimum atque hunc esse ex ipsis antecedentibus regibus quendam *reducem* appareret. Sive enim aliam atque septuaginta versionis graecae interpretes sequutus est lectionem textus chaldaici, sive verba textus consulto commutavit, a versione graeca (quam vocant: Septuaginta) noster hoc loco plane abhorret. Verba Dan. VII, 24, quae in nostrorum codicum textu leguntur: **מִנְחָה מֶלֶכְוֹתָה עֲשָׂרָה מֶלֶכִין** (von selbigem seinem Reiche aus werden zehn Könige aufstehen), videtur mihi quidem noster ita legisse: **מִזְדַּחַם מֶלֶכְוֹתָה** **עֲשָׂרָה מֶלֶכִין** (i. e. ex decem regnis est plur. emph. chald.; **עֲשָׂרָה** est status absol., qui substantivo postponitur) reges surgent; nos: Aus zehn Königsherrschaften (sc. welche überhaupt auf der Erde existiren werden, animadverte enim articulum vocis **מֶלֶכְוֹתָה**) werden Könige aufstehen; noster: **βασιλεῖαι δέκα ἐπὶ τῆς γῆς βασιλεύσουσιν;** Septg. vocem **מֶלֶכְוֹתָה** non vertentes: **δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται.** Verba insequentia, quae in nostro textu leguntur: **וְאַחֲרֵן יָקֹם אַחֲרֵיהֶן וְהִיא יִשְׁגַּן** (und ein anderer wird aufstehen nach ihnen, und derselbige wird verschieden sein von den früheren und wird drei Könige erniedrigen) nostrum ita legisse conjicio: **וְאַחֲרֵין יָקֹם אַחֲרֵיהֶן וְהִיא יִשְׁגַּן מִזְקָרְמִיא וְחַלְחָה מֶלֶכִין יְהִשְׁפֵל** i. e. et *postremus* surget post eos (nos: und als der letzte von ihnen wird sich Einer erheben; noster: **καὶ ἔξαναστήσεται ὅπισθεν αὐτῶν μικρὸς** (vid. Dan. VII, 8) **βασιλεὺς.** Sept.: **καὶ ὄπισθεν αὐτῶν ἀναστήσεται ἔτερος**), qui *flectet* (**יִשְׁגַּן** a verbo chald. **שְׁגַּן** (hebr. **שְׁגַּן** et **שְׁגַּן** complicare, flectere; Septg., qui verteunt: **ὅς ὑπεροίσει κακοῖς πάντας τοὺς ἔμπροσθεν,** legisse videntur: **אַשְׁגַּן** a verbo chald. **שְׁגַּן**, hebr.: **אַשְׁגַּן** odio persequi; male Müllerus (Erklärung des Barbr. pag. 102): Die 70 haben noch einen Satz vorher und im folgenden fehlt eine Nebenbestimmung: **ἔτερος**, **ὅς ὑπεροίσει κακοῖς τοὺς ἔμπροσθεν.** **καὶ τρεῖς βασιλεῖς ταπεινώσει.** So nach dem Chald., nur dass hier noch **κακοῖς** zur Verdeutlichung beigefügt ist. Es ist aber im Chald. auch so gemeint **שְׁגַּן** heisst: in pejus mutari [recte: mutari]) *sub idem tempus* (**מִזְקָרְמִיא** plur. emph. masc. a verbo chald. **קָרְמִי** prior, antecedens; nos: gleich nach (ita **מִן** de tempore cf. W. Gesenius hebr. Gram. §. 154, c.) den vorhergehenden gleich nach einander, quod idem valet: **υφ' ξν;** vid. infra) et tres

reges deprimet; noster: ὃς ταπεινῶσε τρεῖς ὑφ' ἐν τῶν βασιλέων
(cf. Müller: Erklärung des Barbr. pag. 103: ὑφ ἐν ist hier
und §. 5 Beisatz (!) unseres Verfassers; es findet sich weder im
Grundtext (!), noch den 70. cf. Volkmar: monument. vetust.
pag. 12). Dan. VII, 7 et 8: וְאָרוּ חִיָּה רַבִּיעִיא רְחִילָה וְאַמְתָּנִי
וְתִקְיָפָא יִתְירָה

(und siehe das 4. Thier fürchterlich und schrecklich, und
sehr stark; noster: καὶ εἰδον τὸ τέταρτον θηρίον πονηρὸν καὶ
ἰσχυρὸν καὶ χαλεπώτερον) וְהִיא מְשֻׁנִיה מִזְכָּלְחִוָּתָא רֵי קְרָמִיה (und es war verschieden vor allen Thieren
welche chald. = אשר hebr.) vor ihm (רֵי) a verbo chald.
κρῆμ = ante), und zehn Hörner waren ihm; noster: [καὶ χαλε-
πώτερον] παρὰ πάντα τὰ θηρία τῆς γῆς (nescio, an legerit:
i. e. orientis [רֵי — signum Genitivi]) καὶ ὡς ἐξ αὐτοῦ ἀνέτειλεν δέκα κέρα-
τα. Septg.: καὶ ἵδον θηρίον τεταρτον φοβερὸν καὶ ἔκθαμβον καὶ ισχυρὸν περισ-
σῶς . . . καὶ αὐτὸ διάφορον περισσῶς παρὰ πάντα τὰ θηρία τὰ ἐμπροσθεν αὐ-
τοῦ καὶ κέρατα δέκα αὐτῷ). Verba versus 8., quae in nostrorum codi-
cum textu leguntur: וְאָלוּ קְרָז אֶחָרִי זַעֲירָה סְלִקָת בִּגְיָהָן וְתִלְתָה
מִזְקָרְנִיא קְרָמִיה אֶחָעָקָרָו מִזְקָרָמִיה (und siehe ein anderes
kleines Horn stieg auf zwischen ihnen und drei der vorhergehen-
den Hörner wurden ausgerissen von vor ihm weg), nostrum ita le-
gissee opinor: וְאָלוּ קְרָז [אֶחָרִי זַעֲירָה] סְלִקָת בִּגְיָהָן וְתִלְתָה
מִזְקָרְנִיא קְרָמִיה אַת עַקְרָה מִזְקָרָמִיא i. e. et ecce cornu
[postremum] (nescio, utrum noster, qui vertit: καὶ ἐξ αὐτῶν μικρὸν
κέρας παραφυάδιον hoc loco legerit, ut in versu 24. אֶחָרִין אֶחָרִין
vocabulum אֶחָרִי [alius] consulto neglexerit) parvulum succrescens
(conjicio, nostrum loco: סְלִקָת legisse: סְלִקָת fem. partic. act.
a verbo chald. סְלִק succrescere; noster: παραφυάδιον, nos:
Nebensprossling; interpretes scriptorem vocem: παραφυάδιον adje-
cisse putant) ex iis בִּגְיָהָן (noster: ἐξ αὐτῶν. Septg.: καὶ ἵδον
κέρας ἐτερον μικρὸν ἀνέβη ἐν μέσῳ αὐτῶν) et tria cornuum supe-
riorum ipsum eripuit (noster: καὶ ὡς ἐταπείνωσεν τρία τῶν μεγάλων
κέρατων. arbitror, eum legisse: אַת i. e. ille ipse (cf. Dan. IX,
13) (אֶחָעָקָרָה קְרָז) 3. pers. sing. fem. Kal. a verbo chald.
עַקְרָב eripere) sub idem tempus (noster: ὑφ' ἐν. videtur legisse ut
in versu 24: מִזְקָרָמִיא Septg.: καὶ τρία κέρατα τῶν ἐμπροσθεν
αὐτοῦ ἐξεργάζεται ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ).

Quum noster in citandis locis aliis versionem graecam septuaginta interpretum sequutus sit, consulto hoc loco ab ea discrepasse videtur idque eo consilio, ut ex turbulentissimis suae aetatis rebus tempora abbreviata esse atque prope instare redditum Domini augurans ex Danielis vaticinio demonstraret, *decimum* postremi imperii regem esse ultimum atque Antichristum redeuntem, non, id quod ex versione graeca apparuit, undecimum.

Itaque quum ne unquam quidem dubium sit, quin auctor vaticinium Danielis de suo ipsius tempore dictum esse crediderit, nec minus pateat, eum quarto illo animali imperium romanum et decem ejus cornibus decem regna (Königsherrschaften) hujus imperii intelligi putasse, apertissimum est, eum regnum Vespasiani, quippe quod *decimum* fuerit imperii romani regnum (1. Caesar. 2. Augustus. 3. Tiberius. 4. Caligula. 5. Claudius. 6. Nero. 7. Galba. 8. Otho. 9. Vitellius. 10. Vespasianus) pro ultimo habuisse et ipsum Vespasianum pro redeunte Antichristo. Hoc probabile videbitur eo animum attendenti, quod scriptor de nefario saeculi adversario ita commemoraverit, ut eum *et dominum tenebrarum et imperatorem terrarum* dicat: cap. IV, 9: *Διὸ προσέχωμεν ἐν ταῖς ἔσχάταις ἡμέραις. οὐδὲν γὰρ ὄφελήσει ὑμᾶς ὁ πᾶς χρόνος τῆς πίστεως ὑμῶν, ἐὰν μὴ νῦν ἐν τῷ ἀνόμῳ καιρῷ καὶ τοῖς μέλλουσιν σκανδάλοις, ὃς πρέπει νίοῖς θεοῦ, ἀντιστῶμεν, ἵνα μὴ σχῆ παρείσδυσιν ὁ μέλας* (i. e. dominus tenebrarum) v. 13: *προσέχωμεν, ἵνα μήποτε ἐπαναπαύμενοι ὡς κλητοὶ ἐπικαθυπνώσωμεν ταῖς ἀμαρτίαις ἡμῶν, καὶ ὁ πονηρὸς ἄρχων* (i. e. dominus terrarum) λαβὼν τὴν καθ' ἡμῶν ἔξουσιαν ἀπώσηται ἡμᾶς. ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ χυρίου; cap. II, 10: *ἀκριβεύεσθαι οὖν ὄφελομεν, ἀδελφοί, περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ἵνα μὴ ὁ πονηρὸς παρείσδυσιν πλάνης ποιήσας ἐν ἡμῖν ἐκσφενδονήσῃ ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ζωῆς ἡμῶν.* cap. XVIII, 2: *καὶ ὁ μέν ἐστιν χύριος ἀπ' αἰώνων καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, ὁ δὲ ἄρχων καιροῦ τοῦ νῦν τῆς ἀνομίας.* conf. cap. XXI, 3: *Ἐγγὺς γὰρ ἡ ἡμέρα, ἐν ᾧ συναπολεῖται πάντα τῷ πονηρῷ* et cap. XV, 5: *ὅταν ἐλθὼν ὁ νιὸς αὐτοῦ καταργήσει τὸν καιρὸν τοῦ Ἀνόμου καὶ κρινεῖ τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀλλάξει τὸν ἥλιον κ. τ. λ., unde sequitur, ut ipsum dominum tenebrarum illo tempore terris praeesse crediderit: cap. II, 1: *Ημερῶν οὖν οὐσῶν πονηρῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐνεργοῦντος ἔχοντος τὴν ἔξουσιαν ὄφελομεν ἑαυτοῖς προσέχοντες ἐκζητεῖν τὰ δικαιώματα χυρίου.* Hoc de Nerone existimatum est, qui imperator et Judaeis et Christianis infestissimus Antichristus designabatur. Neronem, quem ad insequendos fideles redditum esse Christiani credebant, sequuti sunt brevissimo imperio: Galba, Otho, Vitellius, ultimus devictus a Vespasiano. Is imperator, qui a Nerone cum legionibus romanis ad puniendos Judaeos ablegatus Nerone mortuo filium Titum ad oppugnanda Hierosolyma in Palaestina reliquit et ipse Italia vastata, Vitellio prostrato Romam expugnavit, eo tempore, quo Hierosolymis per ejus filium eversis imperium Neronis modo arreptum habuit *Antichristus ipse* esse putari potuit, qui Nerone perditio ipse non perditus tribus imperatoribus uno fere tempore dejectis in alia modo persona imperator*

terris praeesset. Hoc videri potuit esse Danielis: τὸ μικρὸν κέρας (conf. quae Hitzig: Das Buch Daniel, de brevi illo cornu bene adjecit, pag. 109: Dieses Horn ist nicht schon da, sondern er sieht es hervorsprossen, kann es bei seinem ersten Keimen nur als ein kleines sehen. Der Verfasser würde aber nicht hier und v. 8. 9 wiederholt dieser Kleinheit erwähnen, wenn sie nicht ihren Zweck hätte, nämlich die anfängliche Machtlosigkeit des als König nicht anerkannten Antiochus (apud nostrum: Vespasiani) zu bezeichnen, welcher erst nachgehends zu so furchtbarer Bedeutung sich erhob. Durch sein Wachsthum verdrängte sodann das Horn drei andere, so dass sie ausbrachen). Qua re quum scriptor Antichristum in Nerone primum exstitisse, in Vespasiano rediisse ratus Neronem et Vespasianum eundem hujus saeculi dominum nefarium putaret, verba Danielis a Septg. abhorrens ita legit, ut decem *regna* quidem (Königsherrschaften) exoritura esse appareret, etsi non decem reges: cap. IV, 4: λέγεται δὲ οὗτος ὁ προφήτης· Βασιλεῖται δέκα ἐπὶ τῆς γῆς βασιλεύσονται (Septg.: δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται) atque decimi regni regem probaretur esse *ex antecedentibus quendam reducem*: v. 4: καὶ ἐξαναστήσεται . . . μικρὸς βασιλεὺς (Sept.: καὶ ὅπισθ αὐτῶν ἀναστήσεται ἔτερος, undecimus quidam) v. 5: καὶ εἶδον τὸ τέταρτον θηρίον . . . καὶ ως ἐξ αὐτοῦ ἀνέτειλεν δέκα κέρατα καὶ ἐξ αὐτῶν μικρὸν κέρας (Septg.: καὶ ἵδον θηρίον τέταρτον . . . καὶ κέρατα δέκα αὐτῷ καὶ ἵδον κέρας ἔτερον μικρὸν ἀνέβη ἐν μέσῳ αὐτῶν) et hunc nefarium imperatorem omnium hujus terrae regum ultimum: v. 4: καὶ ἐξαναστήσεται ὅπισθεν αὐτῶν (inclus., in fine eorum i. e. ultimus; Septg.: καὶ ὅπισθ αὐτῶν ἀναστήσεται).

Ad hunc Antichristum spectans auctor etiam in ambobus locis adhibitis a Septg. discrepans vertisse videtur: v. 4: ὃς ταπεινώσει τρεῖς ὑφ' ἐν τῶν βασιλέων v. 4: καὶ ως ἐταπεινώσεν ὑφ' ἐν τρια τῶν μεγάλων κεράτων (μεγάλα omnia antecedentia cornua dicuntur opposita parvo illi cornu; animadverte enim, non scriptum esse: τρια μεγάλα κέρατα sed: τρια τῶν μεγάλων κεράτων). Volkmarus et Hilgenfeldius ὑφ' ἐν dictum esse defendant de tribus regibus unam dynastiam complectentibus (ὑφ' ἐν = in unum, conjunctim; Volkmar: monument. vetust. pag. 12: „auctor igitur monet, tres illos reges ad unum regnum sive unam dynastiam pertinere cf. Hilg.: epist. Barn. pag. 66^b). Verum nego de tribus regibus deinceps regnantibus dici potuisse: v. 5: ἐταπεινώσεν ὑφ' ἐν τρια τῶν μεγάλων κεράτων (cf. v. 4: ταπεινώσει τρεῖς ὑφ' ἐν τῶν βασιλέων); neque enim *dejecti sunt* omnes tres dynastiae reges, sed unus tantum ultimus. Hac de re Weizsaeckerus bene disserit: Zur Crit. des Barbr. pag. 29 sq.: Beide Rechnungen aber erklärt das: deponet tres in unum, oder παπεινώσει τρεῖς ὑφ' ἐν, je von dreien welche eine Dynastie bilden: im Einen Falle die drei Flavier, im andern Nerva, Trajan, Hadrian vermöge der Adoption. So als Dynastie sollte dieselben der Antichrist nach der Erwartung des Verfassers stürzen. Aber

damit geht seiner Darstellung und zwar gerade da, wo er die Danielischen Worte am meisten selbstständig überarbeitet hat, der Nerv verloren. Offenbar will er mit *ταπεινώσει* (oder *ξαπεινώσει*) *τρεῖς ὥφ' ἐν* nicht sagen, dass er die drei stürze, oder gestürzt habe, welche durch ihre nähere Beziehung untereinander von selbst eine Einheit bilden, sondern dass sie eben durch sein *παπεινοῦν* eine Einheit geworden sind. Dass wir dieses jetzt so klar sehen, ist Gewinn des griechischen Textes. Fragen wir nuñ, in welchem Sinne diese Einheit gedacht ist, so kann kein Zweifel sein, dass es sich um die Zeitdauer der Regierung handelt. Vox *ἥφ' ἐν* ut saepius ita in nostro loco valet: *ἴπ' αὐτὸν τὸν χρόνον, ὅμοι*, Hesychius: *ἥφ' ἐν ἄμα, sub idem tempus, simul* (cf. Sapiens XI, 9: *ἥφ' ἐν ἔκτριψαι* auf einmal zu vernichten; Joseph: antiq. XII, 2. 10: *ἔκβοησάντων δὲ ἥφ' ἐν*. vid. Müller: pag. 103). Disputari igitur nostro loco non potest nisi de tribus imperatoribus romanis: Galba, Othon, Vitellio, qui uno fere tempore ab eodem imperatore, scilicet Antichristo dejecti esse videbantur.

Itaque noster non, ut Weizsaeckero videtur, sub imperio Vespasiani idque posterioribus ejus temporibus redeuntem Antichristum exspectavit (Weizsäcker: Zur Crit. des Barbr. pag. 30: Immerhin muss sich die Herrschaft Vespasians schon einige Zeit befestigt haben, als der Verfasser denselben so von seinen nächsten Vorgängern unterscheiden konnte; wir sind daher jedenfalls in seine späteren Jahre gewiesen; cf. Müller: Erklärg. des Barbr. pag. 100 sq.), sed ipsum Vespasianum pro Antichristo habuit; nec alio tempore verba illa scripsisse potest, nisi ineunte ejus imperio, paulo post Hierosolymorum eversionem, annis 70 vel 71 p. Chr. Hoc turbulento tempore tempora abbreviata esse videri potuerunt. Illo tempore ad summum pervenerat gradum exspectatio reditus Domini. Ex illo tempore Judaeis et Christianis inquisimmo causa petitur crebrarum earum scriptoris adhortationum, quae in extreto capite IV. leguntur: lectores in fide Domino habita patienter et perseveranter permaneant: cap. IV, 9: *διὸ προσέχωμεν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις. οὐδὲν γὰρ ὠφελήσει ὑμᾶς ὁ πᾶς χρόνος τῆς πίστεως ὑμῶν, ἐὰν μὴ νῦν ἐν τῷ ἀνόμῳ καιρῷ καὶ τοῖς μέλλουσιν σκανδάλοις, ὡς πρέπει νιοῖς θεοῦ, ἀντιστῶμεν, ἵνα μὴ σχῆ παρεῖσδυσιν ὁ μέλας. φύγωμεν ἀπὸ πάσης ματαιότητος καὶ μισήσωμεν τελεῖως τὰ ἔργα τῆς πονηρᾶς ὁδοῦ* (cf. cap. II, 1 et 2), et caveant, ne imperator nequam, quam in ipsos habeat, potestate usus eos a regno Domini excludat: v. 13: *προσέχωμεν, ἵνα μήποτε ἐπαναπανόμενοι ὡς κλητοὶ ἐπικαθυπνώσωμεν ταῖς ἀμαρτίαις ἡμῶν, καὶ ὁ πονηρὸς ἄρχων λαβὼν τὴν καθ' ἡμῶν ἐξουσίαν ἀπώσηται ἡμᾶς ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ κυρίου* (cf. cap. II, 10). Ad hoc etiam tempus referenda sunt, quae versu 14. de portentis et prodigiis in populo judaico factis leguntur: *ἔτι δὲ κάκεῖνο, ἀδελφοὺς μου, νοεῖτε ὅταν βλέπητε τὴλικαῦτα σημεῖα καὶ τέρατα γεγονότα ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ οὕτως ἐγκαταλεῖσθαι αὐτούς.* His verbis scriptorem lectorum animos ad eversionem Hierosolymorum convertisse et hanc ob rem Judaeos a

Domino derelictos esse dixisse, sententiarum contextu liquet et interpretibus quoque excepto Volkmaro (vid. monument. vet. pag. 16. cf. infra) probatum est. Verum interpretibus videtur scriptor animo ad hanc rem respexisse ut jam pridem praeteritam. Haec sententia ex „vetere interpretatione latina“ quibusdam argumentis stabiliri potuit, reperto textu graeco codicis sinaitici repudiatur. Nam ex tempore praesenti verbi *βλέπειν* (cod.: ὅταν *βλέπειαι* Itazism.; Müller: ὅταν *βλέπετε*. Volkmar et Hilg. melius: ὅταν *βλέπητε*. interpr. lat.: quum videritis) elucet, *lectores rerum adhuc instantium* admoneri. Ex quibus verbis: ὅταν *βλέπητε* pendere etiam verba: *καὶ οὗτως ἔγκαταλελεῖφθαι αὐτούς* (interpr. lat. male vertit: et sic illos *dereliquit* Dominus) quum ex textu graeco appareat, verbum *βλέπειν* hoc loco non, ut interpretibus placet, valere potest: animo volvere (Müller: Erklärg. des Barbr. pag. 125: *βλέπειν* ist vom geistigen Sehen zu verstehen, wie oft videre, von dem, was einem vor Augen schwebt. Es bezieht sich auf die den Lesern vor Augen schwebende Zerstörung Jerusalems durch Titus. Es ist nicht gesagt, dass die Leser dieselbe vor Kurzem erlebt haben. cf. Weizs. pag. 21; Hilg.: ep. Barn. pag. 69^a), id enim valet antecedens: *νοεῖτε*, sed vim ei inesse patet: quum videatis, sciatis, eos nunc ita derelictos esse. Itaque quum nihil dubitationis habeat, quin *haec verba*: *καὶ* (sc. ὅταν *βλέπητε*) *οὗτως ἔγκαταλελεῖφθαι αὐτούς* de inopia et solitudine *modo facta et adhuc permanente* dicta sint (cf. Volkmar: mon. vet. pag. 16: auctor dicit: reputate, eundem populum, cui Dominus tanta signa et portenta [salutis] exhibuit, quem tanti fecerat, nihilo minus (ita male: *καὶ οὗτως*) prorsus *nunc derelictum* esse [uti medio Adriani imperio (?! cf. infra) satis apparuit]), ne id quidem dubium esse potest, quin *verbis antecedentibus*: ὅταν *βλέπητε τηλικαῦτα σημεῖα καὶ τέρατα γεγονότα* ἐν τῷ Ἰσραὴλ animi lectorum ad res conversi sint, quae *modo* acciderant. Itaque sive duce codice sinait. cum interpretibus legitur: ἐτι δὲ *χάκεῖνο*, ἀδελφοί μου, *νοεῖτε* ὅταν *βλέπητε μετὰ τηλικαῦτα σημεῖα καὶ τέρατα* [τὰ] *γεγονότα* (si ita legitur, cum correctore codicis sinait. voci *γεγονότα* articulus adjiciendus est) ἐν τῷ Ἰσραὴλ *καὶ οὗτως ἔγκαταλελεῖφθαι αὐτούς* i. e. denique et illud reputate, quum *post* tanta prodigia et portenta (sc. salutis i. e. beneficia prioribus temporibus in populum judaicum collata; Müller: Erklärg. des Barbr. pag. 126: Die Zeichen und Wunder sind die, welche Gott früher als Hülfsleistungen seinem Volke zu Theil werden liess, und die in Gegensatz gestellt werden gegen die neuern Ereignisse. cf. Volkm. mon. vet. pag. 16; Weizs.: Zur Crit. des Barbr. pag. 21; Hilg.: epist. Barb. pag. 69^a) videatis ea, quae (sc. nunc) in populo judaico acciderunt et (sc. quum videatis) ita derelictos eos esse), sive, id quod mihi quidem videtur, duce veteri interprete (qui vertit: „adhuc et illud intelligite, quum videritis tanta signa et monstra in populo Judaeorum et sic illos dereliquit Dominus“) legimus: ὅταν *βλέπητε* (omissa voce: *μετά*) *τηλικαῦτα σημεῖα καὶ τέρατα γεγονότα* (artculus ante *γεγονότα* cum

cod. sinait. mittendus est) ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ οὗτως ἔγκαταλεῖφθαι αὐτούς i. e. quum videatis tanta prodigia (nos: Zeichen und Kundgebungen der göttlichen Machtvollkommenheit) et portenta (nos: Vorzeichen des göttlichen Strafgerichts), sc. quanta ea sunt, quae — eversis Hierosolymis, destructo templo judaico (cf. Act. II, 19: καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ) — in populo Judaeorum (modo) acciderunt (res igitur objecta verbi βλέπειν non est: [τὰ] γεγονότα, sed: τηλεκαῦτα σημεῖα καὶ τέρατα γεγονότα ἐν τῷ Ἰσραὴλ), utroque modo id apertum est, animos lectorum ad *praesentes* res adversas populi judaici converti. Has calamitates quum ex antecedente versu 13. eluceat sub ipsa illius mali imperatoris dominatione accidisse, quo imperante Dominum redditum esse scriptor ex vaticinio Danielis v. 3—5 argumentatus est, hoc loco confirmatur nostra sententia, auctorem *imperatorem Vespasianum pro Antichristo habuisse, quippe cujus auspiciis Judaei exitio traderentur*. Admonet scriptor hanc in rem lectores, ut caveant, ne et ipsi a malo hoc imperatore pernicie dentur et inquis his temporibus current, ut unicuique iniquitati resistentes imminentibus temptationibus probentur, neque vocati solum sed etiam electi inveniantur (verba: προσέχωμεν, μήποτε, [ώς γέγραπται], πολλοὶ κλητοὶ, ὅλγοι δὲ ἐκλεκτοὶ εὑρεθῶμεν non ex ullo scripto (sive ex Esra VIII, 3, sive ex Matth. XX, 16; XXII, 14) hausta esse arbitror, id quod interpretibus videtur (cf. Müller: Erklärg. des Barbr. pag. 126), sed ipsum Dominum Jesum Christum auctorem habere opinor; verba: ως γέγραπται, quibus constructio verborum interrumptur, adjecta esse videntur ab aliquo librario, qui haec ipsius Domini verba etiam in evangelio St. Mathaei scripta legit).

Haec nostra sententia optime etiam firmatur capite XVI, 5, quo loco scriptor sententiam eam, *novissimos dies prope instare* confirmavit argumentando: revelationibus divinis pronuntiatum esse, *Judaeorum urbem, templum, populum exitio traditum iri novissimis diebus*: πάλιν ως ἔμελλεν ἡ πόλις καὶ ὁ ναὸς καὶ ὁ λαὸς Ἰσραὴλ παραδίδοσθαι ἔφανερώθη. λέγει γὰρ ἡ γραφή καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν καὶ παραδώσει κύριος τὰ πρόβατα τῆς νομῆς (cf. supra: ὁ λαὸς Ἰσραὴλ) καὶ τὴν μάρδραν (cf. supra: ἡ πόλις) καὶ τὸν πύργον (cf. supra: ὁ ναὸς) αὐτῶν εἰς καταφθοράν.

Qua re quum apertissimum sit, scriptorem *eversione Hierosolymorum novissima tempora* indicari putasse, non dubium est, quin is sententiam suam, redditum Domini prope instare, ex ipsa Hierosolymorum *eversione per Titum effecta* collegerit. Hoc enim quinto capituli XVI. versu de Hierosolymorum excidio per Titum perfecto disputari ipsis verbis satis constat nec apud interpretes in controversia est. Nunc vero id agitur, quomodo cum hoc loco congruant antecedentes versus 3—4, quippe quibus *de refectione* cuiusdam templi disputetur. Quaeritur, utrum bis versibus de *restitutione ejusdem templi* agatur, quod in versu quinto *novissimis diebus dirutum iri* dicatur, an de aedificatione *alius cuiusdam*

templi. Hanc sententiam probant: Weizsaeckerus, Hefelius, Hilgenfeldius, illam: Volkmarus, Müllerus, alii.

Weizsaeckerus defendit, haec verba: v. 3: *πέρας γέ τοι πάλιν λέγεται ιδού οι καθελόντες τὸν ναὸν τοῦτον αὐτὸν αὐτὸν* (ita cum text. vulg. et vet. interpr. et correct. cod. sinait.; Weizsaeckerus codicem sinait. sequens omittit vocem *αὐτόν*) *οἰκοδομήσουσιν* v. 4: *γίνεται* (Weizs. hanc vocem mittit cum cod. sinait.). διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτοὺς καθηρέθη ὑπὸ τῶν ἔχθρων. νῦν καὶ αὐτὸν οἱ (ita cum text. vulg.; cod. sinait.: νῦν καὶ αὐτὸν καὶ οἱ Hilgenfeld, Weizsäcker, Müller) *τῶν ἔχθρῶν ὑπηρέταις ἀνοικοδομήσουσιν* (ita cum text. vulg., Hilg.; cod. sinait.: *ἀνοικοδομήσωσιν* Weizs., Müller) *αὐτόν* de aedificatione *templi Serubabelis* adjuvantibus Persis (*οἱ τῶν ἔχθρων* (sc. Babyloniorum) *ὑπηρέται*) a Judaeis confecta dicta esse Weizsaecker: Zur Crit. des Barbr. pag. 25: In der That ist schwerlich von etwas Anderem die Rede, als von dem Bau des Serubabel'schen Tempels. In diesem Bau konnte der Verfasser das Jesajanische Wort erfüllt sehen. Allerdings geschah er nicht durch die Feinde selbst; aber er geschah mit persischer Unterstützung und in diesem Sinne heisst es: *αὐτὸν καὶ οἱ τῶν ἔχθρων καὶ τ. λ.*; so glaubte der Verfasser die Weissagung erfüllt zu sehen: denn die Perser konnte er sich leicht den Babylonieren gegenüber als *οἱ τῶν ἔχθρων ὑπηρέται* vorstellen etc. Haec interpretatio plane refellitur et voce: *νῦν (καὶ τοι καὶ τ. λ.)* et forma verbi *ἀνοικοδομήσωσι* (reaedificant, sie mögen ihn nur wieder aufbauen) vel *ἀνοικοδομήσουσι* (reaedificabunt), quibus verbis liquet, scriptorem de quadam re suo ipsius tempore acta loqui (vid. quae Müllerus hac de re contra Weizs. bene disputavit pag. 335 sq.).

Hefelius et Hilgenfeldius haec verba imagine dicta esse volunt de aedificatione ecclesiae christianaæ per Christianos ex Judaeis (*καὶ αὐτοὺς*) et Ethnicis conversos (*οἱ τῶν ἔχθρων* (sc. Romanorum) *ὑπηρέται*) effecta (Hefele: Sendschr. pag. 116. Hilg.: Zeitschrift für wissenschaftl. Theol. 1858 II. pag. 285: Apost. Väter pag. 28; epist. Barn. pag. 75^b sq.). Haec interpretatio multis atque certis argumentis refutatur. Recte ab interpretibus jam monitum est, verba: *νῦν καὶ αὐτοὺς* referenda esse ad homines eosdem, ad quos antecedentia: διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτούς spectent, videlicet ad *Judaeos*, minime vero ad *Christianos* ex Judaeis (cf. Müller: pag. 335). Nec minus bene monitum est, Christianos imperii romani a scriptore significari non potuisse: ministros Romanorum (i. e. Ethnicorum, *οἱ τῶν ἔχθρων ὑπηρέται*). Quam ob rem eorum ministri? An quod ecclesiam christianam aedicare studuerunt, quapropter a Romanis persecutionibus vexati et capitibus damnati sunt? Neque est minoris momenti, quod et verbis antecedentibus (sc. v. 3 et 4: *ιδού οἱ καθελόντες — καθηρέθη ὑπὸ τῶν ἔχθρων*) et verbis insequentibus (v. 5: *πάλιν ὡς ἔμελλεν — ἐφανερώθη καὶ τ. λ.*) de templo hierosolymitano disseratur, quo apparet, verba interjecta: *νῦν καὶ αὐτὸν οἱ τῶν ἔχθρων ὑπηρέται ἀνοικοδομήσουσιν αὐτόν* dicta esse non posse nisi de eodem templo.

Nam quum scriptor verbis ad priorem vaticinii partem (v. 3: ἰδοὺ οἱ καθελόντες τὸν ναὸν τοῦτον) respondentibus: v. 4: γίνεται διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτοὺς καθηρέθη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν eventum vaticinii sensu *proprio* acceperit — manifestum enim est, eum his verbis de eversione ipsius templi hierosolymitani (cf. διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτοὺς καθηρέθη), non de abrogatione religionis judaicae disputare —, ne verbis insequentibus quidem ad alteram vaticinii partem (αὐτὸν αὐτὸν οἰκοδομήσουσιν) respondentibus: νῦν καὶ αὐτὸν οἱ τῶν ἐχθρῶν ὑπηρέται ἀνοικοδομήσουσιν αὐτόν eventum vaticinii accepisse potest, nisi sensu proprio. Scriptorem nostro loco de *restitutione ejusdem templi* loqui quod ab hostibus destratum esse *verbis* v. 4: διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτοὺς καθηρέθη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν denuntiaverit, apertissimum est *verbis*: ἀνοικοδομήσουσιν et: αὐτόν (cf. v. 3: ἰδοὺ οἱ καθελόντες τὸν ναὸν τοῦτον αὐτὸν αὐτὸν οἰκοδομήσουσιν). Hac vero de re nego ab eo dici potuisse, Judaeos et Ethnicos ecclesiam christianam aedificantes hac aedificatione ipsum dirutum templum judaicum reaedicare. Itaque non placet, quod hac de re Hilgenfeldius disseruit: epist. Barn. pag. 76^b: „Barnabas templum Judaeorum non quidem re vera, sed nomine et opinione populi divinum templum fuisse censuit, templum autem hierosolymitanum verum Dei templum praefigurasse typorum studiosissimus hic scriptor minime negavit. — typus igitur *veri* templi divini etiam templum hierosolymitanum fuit, et scriptorem nostrum nihil omnino impedivit, quominus scripturam sacram secutus templo Dei (a Romanis [ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν]) deleto *verum* templum (a romani imperii gentibus fidem christianam confessis [οἱ τῶν ἐχθρῶν ὑπηρέται]) jam *reaedicari* cogitaverit. — quis non videt, haec ad ecclesiam christianam, quae e Judaeis et gentilibus condebat, respicere?“ Hilgenfeldius argumentum nostri capit is non bene intellexit. Minime noster argumentatur hoc capite, loco divini templi Judaeorum *verum et Deo acceptum templum divinum* aedificari *aedificatione ecclesiae christiana*e, quasi aedificationem ecclesiae christiana tamquam pro *restitutione templi* iudaici habuerit; sed argumentum hujus capit is hoc est: Judaeorum Deum colendi rationem in templo hierosolymitano adhibitam vituperans: cap. XVI, v. 1—2 (conf. v. 2: σχεδὸν γὰρ ως τὰ ἔθνη ἀφιέρωσαν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ) auctor *ex eversione templi iudaici* (cf. v. 5: πάλιν ως ἔμελλεν ἡ πόλις καὶ ὁ ναὸς καὶ ὁ λαὸς Ἰσραὴλ παραδίδοσθαι ἐφανερώθη x. τ. λ. καὶ ἐγένετο καθ' ἄξιον τοῦ λαοῦ κύριος) argumentatur, Deum colendum esse non in quovis templo manibus facto (v. 2: ἀλλὰ πῶς λέγεις κύριος καταργῶν αὐτόν; μάντετε τις ἐμέτρησεν τὸν οὐρανὸν σπιθαμῆ x. τ. λ. — ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετε μοι; ἢ τις τόπος τῆς καταπαύσεως μου; ἐγνώκατε, ὅτι ματαία ἡ ἐλπὶς αὐτῶν cf. v. 1: πῶς πλανώμενοι οἱ ταλαιπωροι εἰς τὴν οἰκοδομὴν ἥλπισαν x. τ. λ.), sed in templo *humanī cordis* in nomine Domini Jesu Christi aedificato v. 6 sq.: ζητήσωμεν οὖν, εἰ ἔστιν ναὸς Θεοῦ; ἔστιν, ὅπου αὐτὸς λέγει ποιεῖν καὶ καταρτίζειν quaeramus igitur, inquit, num exstet templum Dei (i. e. templum quoddam Deo

gratum)? exstat; ibi enim, ubi ipse id faciendum et construendum esse dicit (sc. in insequenti loco citato: Dan. IX, 24 sq.): γέγραπται γάρ καὶ ἔσται τῆς ἑβδομάδος συντελουμένης (hebdomada completa) οἰκοδομηθήσεται ναὸς Θεοῦ ἐνδόξως ἐπὶ τῷ ὀνόματι χυρίου (Müller pag. 328 bene: Wenn das Sabbatjahrtausend eingetreten ist, dann wird der geistige Tempel gemacht und eingerichtet werden), v. 7: εύρεσκω οὖν, ὅτι ἔστιν ναός πως οὗν οἰκοδομηθήσεται ἐπὶ τῷ ὀνόματι χυρίου; μάθετε invenio exstare templum (sc. quoddam Deo acceptum); quod quomodo aedificetur in nomine Domini, discite: πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ ἦν ἡμῶν τὸ κατοικητήριον τῆς καρδίας φθαρτὸν καὶ ἀσθενές, ὡς ἀληθῶς οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρός ὅτι ἦν πλήρης μὲν ἐιδωλολατρείας καὶ ἦν οἶκος δαιμονίων διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα ἦν ἐναντία τῷ Θεῷ antequam Deo confideremus, domicilium id, in quo Deus vult, ut colatur i. e. *domicilium humani animi*, simile erat templo, in quo ut colatur Deus non vult, templo enim manibus facto, nam plenum erat cultus idolorum (opp. cultui *Dei*, cf. πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ cum v. 8: διὸ ἐν τῷ κατοικητήριῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ Θεὸς κατοικεῖ ἐν ἡμῖν), quum faceremus, quaecunque Deo contraria essent. v. 8: οἰκοδομηθήσεται δὲ (sc. τὸ κατοικητήριον τῆς καρδίας) ἐπὶ τῷ ὀνόματι χυρίου προσέχετε, ἵνα ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ (ita cum cod. sinait. lego; cf. v. 6: ζητήσωμεν οὗν, εἰ ἔστιν ναὸς Θεοῦ — οἰκοδομηθήσεται ναὸς Θεοῦ. cf. v. 7: πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ et v. 8: διὸ ἐν τῷ κατοικητήριῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ Θεὸς κατοικεῖ ἐν ἡμῖν. text. vulg.: ναὸς χυρίου. Clem. Alex.: τοῦ χυρίου) ἐνδόξως οἰκοδομηθῇ i. e. Dominus dicit in illo Danielis vaticinio (cf. v. 6): οἰκοδομηθήσεται ναὸς Θεοῦ ἐνδόξως ἐπὶ τῷ ὀνόματι χυρίου; πῶς μάθετε i. e. discite, quomodo hoc domicilium nostri animi in nomine Domini aedificetur, ut Dei templum evadat et illud vaticinium eveniat: λαβόντες τὴν ἄφεσιν τῶν ἀμαρτιῶν καὶ ἐλπίσαντες ἐπὶ τὸ ὄνομα χυρίου ἐγενόμεθα κατενοί, πάλιν ἐξ ἀρχῆς κτιζόμενοι. διὸ ἐν τῷ κατοικητήριῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ Θεὸς κατοικεῖ ἐν ἡμῖν i. e. in hoc animo per Dominum Jesum Christum renato vere Deus habitat; cf. v. 9: αὐτὸς ἐν ἡμῖν προφητεύων, αὐτὸς ἐν ἡμῖν κατοικῶν μετάνοιαν διδοὺς ἡμῖν εἰσάγει εἰς τὸν ἀφθαρτὸν ναὸν (εἰσάγει intransitive = introit, nos: er zieht ein; cf. Winer: Grammat. des neutestl. Sprachidioms §. 39, 1; non recte interpretes: er führt (uns) in den unvergänglichen Tempel ein; Hefele: patr. apost. opp. pag. 43: nos ipsos effecit tale templum cf. Sendschr. pag. 118. Müller: Erklärg. des Barbr. pag. 333: Unser Verfasser ist aus dem Bilde etwas herausgefallen. Das Herz ist ja der Tempel. Nun aber führt Gott uns (?!), unser Herz (?!) in den unverwüstlichen Tempel). v. 10: τοῦτ' ἔστιν πνευματικὸς ναὸς οἰκοδομούμενος τῷ χυρίῳ: id (i. e. talis *animus* per Dominum Jesum Christum renatus) est spirituale templum Deo constructum. Ergo in hujus capituli disputatione non inter se oppositae sunt: abrogatio templi judaici et: aedificatio ecclesiae christianaæ, sed: veneratio Dei adhibita in templo

manibus facto et veneratio Dei adhibita in templo *humani animi* per Jesum Christum renati et sanctificati. Itaque quum scriptor ne toto quidem hoc capite de aedificatione *ecclesiae christiana*e disputet, sed disserat de aedificatione templi *humani animi*, hoc Deo gratum esse templum affirmans, si in nomine Domini Jesu Christi aedificetur, ne verbis quidem v. 4: *νῦν καὶ αὐτοὶ οἱ τῶν ἔχθρῶν ὑπηρέται ἀνοικοδομήσουσιν αὐτόν* de aedificatione *ecclesiae christiana*e disputasse potest. Et ipsa lectione codicis sinaitici: *οἱ τῶν ἔχθρῶν ὑπηρέται ἀνοικοδομήσωσιν αὐτόν* interpretatio Hefelis et Hilgenfeldii plane rejicitur; scriptor enim de imperii romani gentibus ecclesiam christianam aedificantibus dicere non potuit: *reaedificant*, sie mögen ihn nur wieder aufbauen, quoniam ipse ex iis unus erat. Neque vero ex textus vulgati lectione: *ἀνοικοδομήσουσιν* illa interpretatio bene probatur; nam de aedificatione ecclesiae christianae dicendum fuit: *ἀνακόδομον σιν* (temp. praes.), quippe quae aedificatio jam fieri coepit esset.

Itaque comprobanda est sola interpretatio Volkmaris, cui versibus: 3 et 4 de *ejusdem templi refectione* disputari videtur, quod *destructum esse* in versu 5. dicatur (cf. v. 5: *καὶ ἐγένετο, καθ' ἄνθελησεν κύριος*). Jam vero existit quaestio, qui fiat, ut quod templum ex revelationibus divinis demonstratum sit *novissimis diebus destructum iri*: v. 5: *λέγετε γὰρ ή γραφή· καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν καὶ παραδώσει κύριος τὰ πρόβατα τῆς νομῆς κ. τ. λ.* idem et ipsum ex verbis divinis potuerit demonstrari *reaedificatum iri*: v. 3 et 4.

Haec sententiae repugnantia tolli non posse mihi quidem videntur, nisi versus 3 et 4 a quodam scriptore interjectos esse putamus. Probabilis est haec sententia nostra eo, quod his versibus non solum sententiarum ordo plane interrumpitur, sed ipsum hujus capituli argumentum tollitur. Nam quum ex argumentatione versuum 1 et 2 intelligatur, scriptorem disputationem: quam stulte Judaei egissent, quod suam spem in domicilio templi ponerent non in ipsum Deo, qui templum (ad id) fecisset, ut esset domus Dei, eam ob causam habuisse, ut hunc Judaeorum cultum Dei ab ethnico haud multum discrepantem causam afferret abolitionis templi judaici: v. 1: *Ἐτι καὶ περὶ τοῦ ναοῦ ἐρῶ ὑμῖν, πῶς πλανώμενοι οἱ ταλαπωροὶ* (miseri facti esse dicuntur, quod errantes in domicilio templi spem habuerunt) *εἰς τὴν οἰκοδομὴν* (sc. *τοῦ ναοῦ*) *ῃλπίσαν καὶ οὐκ ἐπὶ τὸν Θεὸν αὐτῶν* (ita cum cod. sinait; text. vulg. *B* et *C*: *αὐτόν*) *τὸν ποιήσαντα αὐτόν* (sc. *τὸν ναὸν*; ita pro: *αὐτούς legendum esse conjicio*) *ῳς ὅντα οἴκον Θεοῦ*. v. 2: *σχεδὸν γὰρ ᾧς τὰ ἔθνη ἀφιέρωσαν αὐτον ἐν τῷ ναῷ. ἀλλὰ πῶς λέγει κύριος καταργῶν αὐτόν, μάθετε* (i. e. eam ob rem, quod spem in domicilio templi habentes Deum more Ethnicorum in templo venerati sunt, Deus hoc templum abolevit), postulari mihi videtur, ut deductio illius sententiae — Deum non in quovis templo manibus facto colendum esse — ex Jes. XL, 12 et LXVI, 1 petita v. 2: *Τίς ἐμέτρησεν τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ κ. τ. λ. ἐγνώκατε, ὅτε ματαία ἦ*

εἰπὶς αὐτῶν (cf. v. 1: πλανώμενοι εἰς οἰκοδομὴν ἥλπισαν) excipiatur deductione hujus sententiae — Deum voluisse, ut hoc templum manibus factum aboleretur: v. 5: πάλιν ὡς ἔμελλεν ἡ πόλις καὶ ὁ ναὸς καὶ ὁ λαὸς Ἰσραὴλ παραδίδοσθαι ἐφανερώθη x. τ. λ. — καὶ ἐγένετο, καθ' ἀλάλησεν κύριος (cf. v. 2: ἀλλὰ πῶς λέγει κύριος καταργῶν αὐτὸν μάθετε). Nescio igitur, quid in hoc sententiarum nexu sibi velit deductio, restitutionem templi iudaici a Domino pronuntiatam esse: v. 3 et 4. Quam argumentationem ipsi hujus capitinis argumento repugnare apparet. Scriptor enim quum argumentetur, templum judaicum a Domino exitio traditum esse eo consilio, ut hac templi abolitione *abrogatio cuiusvis templi manibus facti* doceretur (conferas v. 2: ἀλλὰ πῶς λέγει κύριος καταργῶν αὐτὸν μάθετε x. τ. λ. — v. 5: καὶ ἐγένετο, καθ' ἀλάλησεν κύριος cum v. 6 sq.: ζητήσωμεν οὖν, εἰ ἔστιν ναὸς Θεοῦ; ἔστιν ὅπου αὐτὸς λέγει ποιεῖν καὶ καταρτίζειν x. τ. λ.), non secum ipso pugnasse potest argumentando, constitutum esse a Domino, ut templum judaicum *reaedificaretur*.

Nec intelligitur, cur de praenuntiata templi *refectione* prius agatur, quam de praenuntiata *destructione* ejusdem templi. Quod alio modo fieri potuisse nescio, nisi ita, ut illa de templi iudaici *restitutione* argumentatio *ab interpolatore quodam* interjiceretur, qui, quum id ageret, ut interjectam eam esse dissimularet, eam disputationi auctoris praenuntiatae templi iudaici abolitionis anteponeret. Quae verba: v. 3 et 4 simul cum capp. V—XII interjecta esse existimo primis temporibus imperii Hadriani, quum Hadrianus precibus Judaeorum indulgens templum judaicum reaedicari jussisset; eaque, opinor, interjecit scriptor Judaeis infestissimus, ut sententiam suam capitibus V—XII probatam: populum Judaeorum a Domino rejectum esse, quippe quae sententia hac restitutione templi eorum irrita fieri videretur, retineret exprobrando eos, quod hanc rem conficerent ut ministri ipsorum eorum hostium, qui templum destruxissent. Verba enim: οἱ τῶν ἔχθρων ὑπηρέται dicta sunt neque de fabris Romanorum (ita: Köstlin, Müller), neque de Ethnico-Christianis imperio romano subjectis (ita Hefele, Hilgenfeld), sed *de ipsis Judaeis*; nos: jetzt werden sie ihn auch selbst als die Diener der Feinde (i. e. ductu hostium suorum) wieder-aufbauen. Neque enim approbanda est sententia Volkmar, scriptorem Judaeorum animos ad *templum in loco destructi templi iudaici ab Hadriano ad honorem Jovis Capitolini aedificatum* convertisse, ut derideret: Ja, Gott hält sein Wort; er lässt euren Tempel zerstören und von den Zerstörern selbst wieder aufbauen, aber nur zum Ruin für euch (Volkmar: Theol. Jahrb. 1856 pag. 285 cf. 354 et 360); quae sententia ex nostro loco non elicetur.

Itaque cum Müllero consentiendum esse censeo: *apite IV.* (v. 3 et 4. v. 9 sq. v. 14) *ad tempora Vespasiani spectari, capite XVI.* (v. 3 et 4) *prima tempora Hadriani indicari:* Müller: Erklärung des Barbr. pag. 109: Ich setze cap. XVI, 4 mit

